



**Illustrissimi Marchionis Scipionis Maffei Historia
Theologica Dogmatum Et Opinionum De Divina Gratia,
Libero Arbitrio Et Prædestinatione**

Maffei, Scipione

Francofurti ad Mœnum & Moguntiae, 1756

IV. Confirmatio responsionum datarum Anonymo Historiæ Theologicæ
Impugnatori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95061](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95061)

CONFIRMATIO
RESPONSIONUM
DATARUM
ANONYMO
HISTORIÆ THEOLOGICÆ
IMPUGNATORI.

Italico idiomate impressa Veronæ M.D.C.C.LI.

Candido Lectori

BERNARDUS LUPIS, ET MANSUETUS MARTINELLI.

Lectores Jubilati, & F.F. Minimorum quondam Provinciales

Salutem, atque felicitatem.

INTER non pauca, eaque & erudita, & ab eruditis variis in materiis æstimata volumina, quæ Bibliotheca nostra in dies ditatur, & crescit, extat, summæque à nobis religione asservatur HISTORIA THEOLOGICA de rebus omnibus ad Gratiam, liberum arbitrium, & prædestinationem pertinentibus, impressa ad annum 1742. Idque vel ideo, quod inter tot alia à magno illo viro Scipione MAFFEJO vulgata opera in hoc, si ritè rem expendimus, ultimum quasi Authoris conatum, certissimūque ipsius animi indicium intuemur; quod in gratiam *Bulle Unigenitus*, & gloriam fidei, quæ semper extitit firmissima veritatis columna, contra quam nunquam prævalebunt errores, & mendacia, in Galliâ; ubi magis ferebat controversia, authoribus illustrissimis Ecclesiæ Principibus lucubratio hæc unice fuerit suscepta; denique quod hæc ipsa historia *Reverendissimi nostri Patris Generalis ZAVARRONII* calculo firmata fuerit, cujus viri in nostro semper Ordine vivet ac vigebit, ob illustratas ab ipso in Collegiis maximè conspicuis cathedras, unde non paucos nobis reddidit discipulos viros hodie insigniter doctos. Quando autem ambo commentationes ejus, quas toto studiorum nostrorum decursu, ab eodem excepimus seu raræ suæ sapientiz monimenta veneramus: Gratitude postulat, ut historiam tantâ ab ipso voluptate perlectam, tantisque elatam encomiis inter dignissimos celeberrimi Authoris partus referamus.

PRODIIT adversus celeberrimum hoc atque ab eruditis comprobatum opus anno 1749. liber quidam, cui titulus: *Animadversiones*, impressus Francofurti, atque nemine non mirante recusus Luca, satyricus, perniciosus, scriptusque calamo, qui felle magis & veneno, quam atramento tinctus erat, cujus Author se abdit potius, quam prodit. Lacescit citra meritum hoc scripto MAFFEJUS intra 20. dierum spatium typo commisit Veronæ responsionem brevem, nervosam, stylo gravi, & virili. Verum quod non animi impotentia agit homines! Tantum quippe absuit, ut resipisceret Anonymus, ut magis etiam ceperit efferari, recoquens in DEFENSIONE ANIMADVERSIONUM non Lucæ ut præfert titulus, sed typis furtivis excusâ graviora Scemnata, acerbiores contumelias. Noster emisit responsionem in folio, ut ajunt, volante, eò duntaxat consilio, ut tolleretur rumor quo falsò spargebatur viros duos illustres duobus istis libellis favere, ac patrocinari; quando ipsimet contestantur tantum se ab hujusmodi cogitatione alienos esse, quantum inter se distant lux & tenebræ, Cælum, & infernus.

FERVENTE porro in nobis Zelo atque æstimatione tam Magistri nostri modò defuncti, quam equitis adeò illustris, præstolantibusque nobis occasionem illos vindicandi opportunam venit in manus nostras (solet enim Illustrissimus Marchio utrumque eruditissimus passim non vulgare sua opera, nisi primum viris rerum illarum peritis exhibita fuerint) venit, inquam, in manus nostras ab amico communi & docto Manuscriptum; hoc titulo: CONFIRMATIO &c. Quo evidentissimè elucidantur capita in materiâ adeò spinosâ de gratiâ nuper impugnatâ; detegunturque turpissimi, & gravissimi errores adversarii, magnâ utilitate scientiæ Catholicorum dogmatum. Cùm autem nunciaretur nobis, dubium nihilominus Authorem hæc, atque ancipitem, prælone committenda esset hæc sua lucubratio, an non, communi decrevimus consilio ejus editionem ipsi procurare, præfixo hoc brevi præmio, quod forte non aridebit Authori propterea quod aliquid ei laudis aspergat, quando omnibus notum est jussisse ipsum auferri noctu, abscondique statuat, quam in majori suo vestibulo eidem Academia crexerat.

NOVIMUS enim verò inter cetera ejus studia primas tenere Theologicam; id quod ostendit, cùm magnâ perspicuitate agitavit quæstiones nobilissimas contra viros literatos Pflaum Germanum, Bafnagium Hollan-

dum, & Chandlerum Anglum; uti videre cuivis licet ex opusculis, à typographo ad historiam Theologicam adjunctis; multoque magis apparet in illà historià, quàm Author clarissimus præcipua Catholicorum dogmata adjuncta semper S. Scripturà, & Patrum tam Latinorum, quàm Græcorum consensu, non sine studio immenso reddit manifesta. Habes hic, uti EXGENERALIS noster notavit, corpus doctrinæ Augustinianæ jam pridem desideratum; habes ipsius idiomatis interpretationem; habes veram originem, & historiam Pelagianorum, & Semipelagianorum; perspicueque deprehenditur, quam imprudenter complures Critici Patres Græcos perstrinxerint, quamque iniquè propugnata fuerint propositiones Quæsnelli, & modò alià illas viâ tueri nonnulli cupiant.

VERUM enimverò quæ obsecro est illa fastus, & supercilii plena agendi ratio in adversario, persuadente sibi victoriam cumulatè scommatis, atque improperiis reportandam? Non novit sanè, docere S. Jacobum Apostolum, sapientiam esse PACIFICAM & MODESTAM, & Augustinum in Op. imperf. scribere: *Iustus conviciari non potest*; & S. Gregorium commentatione in Jobum pro VERITATE CONTUMELIAM PUTARE. Si verum est, ut fama fert, quod hic anonymus mundo nuncium remiserit, ut inter septa cenobii Deo viveret; quod sacris initiatus, quod in autoritate constitutus, quod munis honorificis præfectus fuerit, quæ amabo fieri potest, ut tanto absit intervallo à præcipua consuetudinis Christianæ normâ, nec sciat Religiosorum esse, ut sint totidem exempla sanctimoniz, ut linguâ, opere, calamo charitatem, aliâque virtutes communicent, atque inter mundanos homines diffundant? quæ fieri potuit, ut conaretur aded graviter hujusmodi virum offendere? nullâ datâ causâ? non verbis, quæ vixdum prolata prætervolant, ac disparent; sed libris impressis, qui in omnia latè loca, perferuntur, atque indelebiles post se notas relinquunt? Scommata, ac contumelias congerent sine numero? quando nimirum ipsi res est cum equite aded illustri? qui tres in familiâ suâ Cardinales numerat? qui tot, tantisque in libris, & regionibus aded decantatus est, & celebris? Cui comparare in SS. literarum scientiâ velle Anonymum, tantundem foret, ac manum cum Gigante conferre. Est hæc urforum ferina indoles, ut, cum caput, quod ait Plinius, debilissimum habeant, sese unguibus tueantur.

Ac primùm quidem ait, Authorem nostrum non scire latinè; ex quo liquet non esse ipsum elegantioribus imbutum studiis; nec notitiam habere ejus operum latinorum majori, ac minori formâ editorum, propter quæ à viris literatis in illorum habetur numero, qui suum hodie latinæ linguæ splendorem in prosa non minùs quàm ligatâ retinent. Complures equidem vehementer mirati fuere, quod hæc ipsi ex parte bellum moverit, quando constat non fuisse ipsum idoneum ad *Animadversiones* suas latinè conscribendas; eaque de re appellasse plures, ac tandem unum aliquem, qui id oneris subiret, reperisse. Quis autem ille fuerit, in comperto est, quanquam non sit ampliùs è vivorum numero. Inceperat Authorem nostrum; quod legerit Calvinum, ac non novit, & hujus, & omnium hujusmodi librorum speciem, atque honorificam ipsi factam fuisse potestatem à sapientissimo, doctissimoque regnante Pontifice. Subdit, quod non legerit ipse unquam vel S. Augustinum, vel D. Thomam. Risum teneatis amici! quod omnia ex libellis, & schediasmatibus consarcinavit, ò frontem & os hominis! quod ipsius opera sint partus alienus, neque aliud ipse in his de suo contulerit, quàm descriptionem. Quis furor! Urget, voluisse ipsum per historiam suam scholæ uni palmam adjudicare præ ceteris. Stolidos igitur, atque amentes dicemus fuisse Illustrissimum episcopum Bajardi, stolidum item Generalem nostrum, qui declararunt eâ unice subyerri errores! Abunde etiam in hac ipsâ laudabili confirmatione videre est, quod ipse quidem à nullâ discedat, Anonymus autem ab omnibus ex æquo discordet. Id quod facile intelliget, quisquis his sese studiis dedit, & in propositionibus damnatis, quod ad rectè intelligendum requiritur, versatus est. Quorsum autem toties ingeminat, compilasse ipsum omnia ex Scholasticis, quando nihil usquam occurrit quod scholas oleat, omnesque scholastici aliam prorsus viam insistant? Quorsum toties repetit, falsum fuisse ipsum se nunquam Theologiæ dedisse operam, quia nimirum dixit non audisse se Magistros in scholis publicis, sed suo Marte ac privatim in ætate magis vegeta, & robustâ studuisse scripturæ, SS. Patribus, & Juri Ecclesiastico? Plagiarium vocat, quia à Cl. Muratorio ipsi dono missus fuit liber Lescii Crondermi; atque in secundo suo libello non veretur invadere utrumque, quando à gravissimis scriptoribus, atque inter ceteros à D. Canonico Mazochio, atque ab Eminentissimo Cardinali Quirini appellati fuere duo lumina Italiæ. Sugillat sapiens notum opus de scientiâ equestri, ex quo facile est de ejus doctrinâ, & moribus conjecturam capere. Demum, quàm humilis, Deum immortalem, quàmque abjecti non est animi impudente, quo utitur, stylo recantare toties, Historiam paucos invenisse emtores. Ipsissima hæc querimonia jure cadit in hujus Authoris opera, quæ situ squallent, & pulvere. Videas hinc facile quàm mendaces sint ii, quibuscum literarum ipse fovet commercium. Res sanè probrosa hujusmodi effutire dicteria! quasi verò hoc laboribus suis commodum, ac luertum Author quæreretur! Apparet satis non scire ipsum, de quo loquatur, nec quo ipsum modo loqui deceat. Quæ abominatio! Claudemus hoc nostrum proœmium exhortando ipsum, ut respiciat, & solennem palinodiam canat, uti Christianum decet, & propria ipsum jubet conscientia. Quo fiet, ut cum laude dicere de se possit, quod pro singulari suâ modestiâ de se dixit Augustinus epist. 7. *Si aliquid vel incautius, vel indoctius à me possum est, quod non solum ab aliis, qui videre id possunt, meritis reprehendatur, verum etiam à me ipso, quia & ego saltem postea videre debeo, si proficio, nec mirandum est, nec delendum, sed potius ignoscendum, atque gratulandum, non quia erratum est, sed quia improbatum.*

ELENCHUS CAPITUM.

LIBER I.

- Cap. I. *Systema Anonymi in materia de gratia & arbitrio.*
 Cap. II. *De eo, quod dicat hic author, gratiam esse insuperabilem, & omnipotentem.*
 Cap. III. *Repugnat dogmati, Deum infundere actus divinos.*
 Cap. IV. *Insuperabilitas gratia nullâ auctoritate defenditur.*
 Cap. V. *In binis hisce libris palam impugnatur libertas indifferentie.*
 Cap. VI. *Negatur pariter, atque impugnatur ab hoc auctore gratia sufficiens.*
 Cap. VII. *Examinatur opinio Anonymi de Caritate.*
 Cap. VIII. *Vanitas rationum ab adversario adductarum.*
 Cap. IX. *Quâm erronea etiam sit hypothesis, quæ unicuique est fundamentum eorum qui gratiam contendunt esse insuperabilem.*
 Cap. X. *Quâm præposterè D. Thomam pro se adducat Anonymus.*
 Cap. XI. *Anonymus censet, gratiam utroque sensu esse necessitantem.*
 Cap. XII. *Anonymus reprehendit, & accusat docentes, Christum orâsse, & mortem subisse pro omnibus.*
 Cap. XIII. *Anonymus prorsus non intellexit hæresin Pelagii.*
 Cap. XIV. *Alii errores hujus systematis, & hujus Authoris.*
 Cap. XV. *Antilogia hujus Authoris, & hujus systematis.*

LIBER II.

- Cap. I. *Quâm ridicula sit Pelagianismi accusatio imo pacta historico.*
 Cap. II. *Falsitas duarum accusationum impactarum historie.*
 Cap. III. *Vanitas alterius imputationis.*
 Cap. IV. *Refelluntur nullo negotio multe alie accusationes.*
 Cap. V. *Continuatur idem argumentum.*
 Cap. VI. *Quâm vanè imputetur falsitas in locis adductis.*
 Cap. VII. *Defenditur Præpositus Muratorius, ab Anonymo inter Pelagianos relatus.*
 Cap. ult. *Opiniones, & dicta Anonymi, quæ singularem animadversionem merentur.*

LIBER PRIMUS.

PROOEMIUM.

REPREHENDERUNT me graviter viri probitate, doctrinâ, atque etiam dignitate conspicui, scrupulûmque injecerunt, quod libris duobus anonymis, qui inscribebantur: *Animadversiones in Historiam Theologicam, & Difesa delle Animadversioni*, tantâ brevitate, tam exiguo studio, ac quasi corrente, quod dicitur, calamo responderim. Ingeminârunt vehementer, ac seriò, non agi hic de quæstione quâdam literariâ, neque de privato meo honore, ac commodo. Agi de capitibus fidei, de dogmatis Catholicis gravissimis, ac simul de honore, & submissione Decisionibus Decretisque solennibus in materiâ fidei editis debita. Affirmant iidem, non minorem binos hosce libellos, quàm voluminosa alia opera attentionem, & studium, mereri propterea quod intempestivum denuo inferentes bellum, ignesque aliis in regionibus tantum non sopitos, ac restinctos iterum suscitantes, incipiant, ut hi quidem viri existimant, disseminare per Italiam opiniones sæpe proscriptas, contenturque aliquam his iterum arte ac simulatione auctoritatem conciliare, dùmque eas novis pingunt coloribus, alio planè quàm sunt, vultu lectori exhibere. Dolenter referunt incidisse se in homines, qui vel secretâ perturbatione animi, vel sine quodam occulto, vel forte, quia sparsis hac illac orthodoxis periodis, & paragraphis deluû fuere, non apprehen-

dant fluentia ex toto contextu confectaria, neque advertant satis damna, quæ inde aliquando possint enasci. Persuasus itaque & victus tam gravibus virorum istorum testimoniis, studioque, quo in præsentiarum me oblectabam, non sine reluctantiâ tantisper sepositio, incumbere totus cœpi ad propositiones his in libris sparsas seriò, ac singulatim excutiendas. Quo tempore clariùs adhuc intellexi, quantum illæ doctrinis & omnium Catholicarum scholarum idiomati adversentur. Atque id causæ est, quod Theologiæ magistris, supremisque illis tribunalibus, quorum est his de rebus ferre sententiam, observationes meas exhibeam, secundum quas doctrina Catholica his in libris naufragium facere mihi quidem videtur. Testem voco Deum, qui intima cordium perspicit, non habere hoc in opere partem cogitationem aliquam vindictæ, neque alium mihi præstiturum esse finem, ac scopum, præter illum cujus nunquam certissimè me subitura est pœnitudo.

CAPUT I.

Systema Anonymi in materia de gratia, & arbitrio.

ORDIAR telam hanc, prætexendo obiter universum Authoris hujus systema; quod quidem in tanta perturbatione rerum colligere non aded promptum fuit. Contendit, gratiæ nomine venire posse tam donum, quod confert Deus, quàm operationem, quâ confert; & declarat, aliud igitur

I. p. 6. esse operationem, quâ Deus bonum illud in nobis præstat; aliud bonum ipsum in nobis Divina operatione productum. Quid? quod affirmat sæpius in hac propriè operatione gratiam consistere. Illius gratiæ, quæ consistit in Dei operatione I. (hoc est illo libro, quem inscripsit: *Animadversiones*) pag. 70. Gratia propriamente consistit nell' operatione. II. (hoc est in libro, qui inscribitur: *Difesa*) pag. 10.

CENSET, gratiam hoc sensu esse, vocarique oportere omnipotentem, & insuperabilem. De hac actione, seu operatione Deiloquens, ait: *Si chiama onnipotente, inimpedibile, irresistibile*. II. p. 75.

AFFIRMAT, hanc Dei operationem ipsos actus infundere, atque in nobis producere volitiones, & Caritatem actualem; idque nullâ re mediante, nolens inter operationem, & amorem productum medium aliquid intercedere. Asserit nihilominus, actus esse liberos. *Ubi Spiritus Sanctus caritatem infundit, nequit non inesse voluntati amor Dei, immediate à Spiritu Sancto productus*. I. p. 131. Secundum ipsum sicut *eductio rerum è nihilo fit à Deo sine ullo medio; ita & motus bonos, & affectus creaturarum se solo producit Deus*. I. p. 4. *Necessariam esse actionem Dei, quæ in anima motum voluntatis per se immediate efficiat*. I. p. 92.

CONCEDIT, effectui à Deo in anima producto resistere posse hominem. *Operationi Divinæ resistere hominem non posse: posse tamen voluntatem resistere effectui, seu termino ab inspiratione producto*. I. p. 27. Quibus verbis intelligit, quod possit pro suo libitu eundem abjicere, quatenus nimirum potest *excitare in se stesso un amor contrario più intenso*. II. p. 56.

ATQUE hæc non semel proficitur: verum videbimus & huic ipsum doctrinæ contradicere, ut vi sui systematis gratiam supponat esse etiam hoc sensu insuperabilem.

DOCET ad libertatem arbitrii non requiri libertatem indifferentiæ, ut vocant; hoc est facultatem ad opposita. Ex eo, quod S. Augustinus dixerit, hominem non posse appetere bonum, nisi Divinâ juvetur gratiâ, deducit: *Illis Augustini verbis excludi libertatem illam indifferentiæ, quam Historicus arbitrio essentiali esse verbis suis indicare videtur*. I. p. 137.

NON admittit gratiam sufficientem, asseritque non constare sibi, an unquam definitum sit, *gratiæ sufficientis dogma ad fidem pertinere*. Contendit, caritatem esse principium, atque unicuique bonarum actionum fontem; ideoque sæpius ait, amorem Dei esse uniuscujusque bonæ nostræ operationis principium. I. p. 18.

AD aliquod ex septem hisce capitibus re-

ducuntur quodammodo assertiones, quæ duobus his libris continentur, quasque judico ad censuram debere vocari. Quæ in his vera, & sana immiscentur, nil conferunt ad totum purgandum contextum. Nulla enim (a) falsa doctrina est, quæ non falsis vera intermisceat.

(a) Aug. quart. Evang. c. 49.

ADVERTENDUM inprimis est, ad scopum Anonymi nihil momenti adferre, quæ in libris suis spargit circa caput primum; nimirum, quod sit, & etiam gratia vocetur actio illa Divina, per quam nobis Divina confertur gratia; quodque hujusmodi actio increata sit omnipotens, & insuperabilis. Nihil inquam, hoc adfert momenti; nec quidquam facit ad quæstiones præsentis; dato enim, quod actio talis, de quâ differam cap. 9., insuperabilis sit, non est tamen hæc illa gratia, quâ de agitur. Noravi ante annos bene multos, cum aliud planè agebam, magnam disceptationum, & controversiarum partem in omni ferè materia nasci solere ex diverso usu, & vario vobum; verborumque significatu. Vocetur sanè gratia etiam illa Dei operatio, quâ tantum nobis donum Deus gratis largitur; at non continuo hoc nomine ipsa venit, cum passim sermo est de gratiâ. Quodsi in Tractatu de animâ, ejusque facultatibus, & proprietatibus differere quis inciperet de actione per quam à Deo condita fuit, aut de hujus operationis qualitate, nemo non diceret extra chorum saltari, deseritque τοῦ κειμένου. Quando differimus, agimus, aut pro concione verba facimus de Divina gratia, totus Christianus orbis hoc nomine eam intelligit gratiam, quæ nobis à Deo conceditur: Hujus quippe virtute operamur bonum, non autem actionis illius increatæ, quâ hujusmodi in nobis auxilium producitur, aut à quâ secundum adversarium immediate producuntur actus boni in nobis. Hinc S. Augustinus, & D. Thomas in tot libris, quos de gratiâ nobis reliquerunt, accipiunt eam semper sensu proprio, ejusque virtutem nos unice docent, & necessitatem.

QUIS igitur non videt, theorema illud, quod per gratiam intelligi possit Divina operatio, aliò non collineet, quam ad tuendam novam posteriorum Jansenianorum, & Quæsnelli eorum coryphæi doctrinam: *Gratia est operatio manûs omnipotentis Dei*; atque ita porro similes alias propositiones per Bullam: *Unigenitus* proscriptas? Declarat id ipsum apertè Author noster, quando de propositione jam relata, quæ inter ceteras decima est, disputans ita pronunciat: *La parola operatio può significare la volontà, o sia azione di Dio, nel qual senso la proposizione sarebbe un Articolo di Fede*. II. p. 51. De undecima autem hæc: *Gratia non*

est aliud, quàm voluntas omnipotentis Dei jubentis, & facientis, quod jubet, liberè decedit in hunc modum: Non est improbanda illa assertio, si sincere prout sonat, adhibeatur. I. p. 132. Hæc nimirum sunt balis & fundamentum systematis Quesnelliani. Ego sanè homini cuiusvis intelligenti, neque præjudicatis opinionibus prorsus occupato pauca hæc sufficere existimo, ad utriusque istius libri argumentum perspicendum, & scopum.

CAPUT II.

De eo, quod dicat Anonymus gratiam esse insuperabilem & omnipotentem.

UT quis in rebus Theologicis sanè, ac castigatè loquatur, non sufficit propositiones procudere, quæ in aliquo sensu veri speciem habeant, quæque ingenii adminiculo in bonam detorqueri partem possint. Sed oportet loqui ex usu, & consuetudine receptâ, oportet intelligere vocabula in significatione communi, testæque amphibologiæ declinare periculum. Cùm Divina nominatur gratia, non facile reperiatur hominem, qui de increata Dei operatione cogitet. Intelligit hoc nomine unusquisque donum illud supernum, quod mentes nostras perfundit, quodque in nobis, & unâ cum nobis, uti inquebat Concilium Arausicanum, bonam omnem volitionem producit. Sanctè igitur, & rectè in Bulla Unigenitus, quam amplexa est Ecclesia & duæ provinciales synodi regulam fidei appellarunt, proscriptæ fuerunt illæ propositiones: Gratia est operatio manus omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare. Gratia non est aliud, quàm voluntas omnipotentis Dei, jubentis, & facientis, quod jubet. Atque ita ceteræ annexæ. Quandoquidem illis suadetur, gratiæ donum omnino nos confringere ad bonum, neque posse eidem à nobis resisti. Certissimè igitur laudari non possunt effata illa Authoris nostri agentis de gratia: Licet efficacissima, & irresistibilis sit. I. p. 84. Ipsa voluntas Dei profectò omnipotens est. I. p. 132. L'Operatione di Dio quantunque onnipotente, ed impedibile. II. p. 43. Quell' Onnipotenza ed irresistibilità, che non conviene, se non all' Azione, d' sia volontà di Dio. II. p. 51. La di lei onnipotente irresistibilità non pregiudica all' arbitrio creato. II. p. 73. Quis non advertit id potissimum hic agi, ut bonus quidam sensus invitâ Bullâ allinatur relatis ante propositionibus, & ceteris cognatis, quæ in pravo Authoris sensu fuerunt damnatæ? simûlque comprobetur illâ Jansenii: Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

OPPORTUNE hoc loco monendus est lector, non committere ipsum debere, ut

sub bellâ illâ Gratiæ deprædicatæ specie quisquam ei fucum faciat. Erat hæc ipsissima ars Pelagii, quando affectabat celebrare virtutem, ac vim Divinæ legis, exempli, piarum institutionum, & promissi præmii. Patres Tridentini de ævo suo loquentes nos præmunierunt adversus hominum quorundam callida ingenia, qui per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Ad libros quosdam asceticos quod attinet, admonet nos Proœmium Bullæ Unigenitus, ut caveamus ab iis, qui veniunt ad nos in vestimentis ovium splendida pietatis specie prava dogmata insinuant. Ad Theologiam Catholicam non spectat tantum docere, quod omne bonum à Deo proveniat; sed etiam quod nullum malum culpæ ab ipso unquam proficiscatur. Si homo non alia faceret opera quàm bona, laudabile foret studium conantium omne meritum adjudicare gratiæ, nullâ arbitrio parte relicta.

VERUM pleni peccatorum sumus, magnæque generis humani pars propter flagitia in infernum ruit. Quis amabò error detestandus magis, atque execrabilis, quàm omnium istorum culpam conferre velle in Deum justissimum, ac misericordissimum, quemadmodum facit, qui modò hâc modò aliâ ratione omnes intendit nervos ad subvertendam ingeniosis commentis potestatem arbitrii? Oporteret animo semper tenere documentum Augustini: (a) Etiam peccatorum, quod absit, auctor est Deus, si non est voluntas nisi ab illo. Item aliud ex eodem: Nè quisquam neget voluntatis arbitrium, & audeat excusare peccatum. Quid loquar de illis, qui contendunt supervacaneam esse curam quam de agendo bono, æternæque salute consequendâ gerimus; volentes expectandam esse gratiam, quæ secundum ipsos per omnipotentiam operando faciet omnia se ipsâ. Neque prætermittendus locus ille est, ubi Anonymus effectum seu terminum vocat id, quod ab omnibus pro ipsâ gratiâ accipitur. I. p. 27. Quæ res facit, ut permisceantur, ac confundantur inter se omnia.

S. AUGUSTINUS, D. Thomas, Patrèsque omnes certò sciebant etiam Divinam operationem esse gratiam, nec fieri posse, ut quis resistat Deo volenti: Nemo tamen eorum idcirco unquam dixit de gratiâ, quod sit omnipotens, quod sit insuperabilis. Re. II. p. 54. spondet Adversarius, si attributum irresistibilitatis non ipsi datum fuerit ab Augustino, neque à S. Thomâ, sufficere sibi, quod datum fuerit à Josepho Patriarchâ, & Mardocheo.

VERUM Josephus Patriarcha, & Mardocheus sunt Authores, quorum opera non habemus, & in quorum aliorumque ibidem nominatorum verbis quæ in Scripturâ referuntur, nomen voluntatis non usurpatur

pro gratiâ. Affirmat insuper adversarius, legi id in SS. Patribus, at nē unum aliquem eorum profert. S. Augustinus qui energiam, & proprietates gratiæ infinities propemodum deprædicavit, his nunquam usus est vocabulis. In illud, quod Deus momento temporis Assueri irati animum immutavit, dixit tantummodo, quod hoc fecerit (b) *occultissimâ, & efficacissimâ potestate*, adjungens continuò: non ideo Spiritus Dei *opugnavit liberum arbitrium: absit*. Tantum quippe aberat, ut gratiam non modò non superatam, sed nē insuperabilem quidem, & omnipotentem unquam vocitaret. Imo de gratiâ S. Pauli nihil plus dixit, quàm *tam magnâ, & efficacissimâ potestate*. Nullo itaque jure meridet Anonymus, cum ait: *Che attributo d'irresistibile mi dà nel naso*; nulloque jure sibi arrogat mutationem idiomatis, & hujusmodi novitatis introductionem. Non est certissimè apud probatos, & Catholicos Autores mos sic loquendi: *Huic actioni, seu voluntati Divinæ, quâ Deus in nobis fidem, amorem suū, ceterasque virtutes infundit, voluntas nostra resistere nequit*. S. Augustinus etiam quando Divinam gratiam appellare volebat voluntatem nonne ita locutus est: *Sibi nocet, quisquis resistit voluntati Dei?* Non igitur censebat, non posse ipsi resisti hoc sensu, nec, quod sæpissimè contingit, ei re ipsâ resisti.

ADDE, quod hæc sit res jamtum decisa, & de quâ non licet amplius litem movere. Fuerunt jamtum, qui contenderent, eum gratiæ audimus vocabulum, id non accipio oportere sensu ordinario; quique conarentur gratiam cum omnipotente Dei voluntate confundere. Scripsit jamtum Quæstnellus, suavis ac melleis plane verbis sumpto quasi Anachoretæ cujusdam vultu: *Gratia est operatio manus omnipotentis Dei. Gratia non est aliud, quàm voluntas omnipotentis Dei. Dei gratia nihil aliud est, quàm ejus omnipotens voluntas. Concordia omnipotentis operationis Dei &c.* Verum omnes hæc propositiones fuerunt per Bullam solennem proscriptæ. Quo igitur pacto modò eas defendere quis conabitur, & recudere? At inquit defendi eas, per gratiam intelligendo operationem illam, quam exercet Deus eam concedendo, non autem effectum in nobis productum. Verum si hujusmodi ambiguitatis vitandæ causâ vel maximè prohibitum fuit, nē gratia definitur omnipotens operatio, aut omnipotens Dei voluntas, annon prohibitum fuit hoc ipsum, quod denuo in præsentī asseritur?

CAPUT III.

Repugnat dogmati, quod Deus actus immediatè infundat.

CATHOLICI cum veteres, tum recentiores semper docuere Deum ad restau-

randam hominis per primi parentis peccatum defectam naturam largiri interiorē gratiam, hoc est intellectui lumen, & vigorem voluntati; & docuerunt gratiæ huic consentire hominem posse, & resistere. Sed novum hoc systema contendit, Deum non adjuvare mediante gratiâ infusa, nostramque volitionem producere; sed ipsas nobis determinationes per se ipsum immediatè infundere: Quo fit manifestum omnem arbitrio potestatem eripi, & actionem. Si datam nobis esse à Deo gratiam idem sonat, quod ipsos dari actus, qui demum gratiæ erunt effectus? Quid ultra requiremus?

Opus perfectum, atque absolutum est, neque opus est vel consensu, vel cooperatione arbitrio. Si ponis, gratiam esse affectum à Deo animæ impressum, cui possit, ut docet Concilium, *homo dissentire si velit*, in tuto est libertas: At si medium nihil inter Deum ipsum & bonas hominis operationes intercedit, & si *volitiones immediatè, physice, & propriè producantur à Deo*, actus infunduntur, ac proinde liberi non sunt. Quod infundantur habitus, habemus etiam in D. Thoma: *Secundum quod aliquod habituale donum à Deo animæ infunditur*. Non verò actus ipsi. Quid? quod contrarium potius docuit: *Humanorum actuum non possumus ponere causam ipsam Deum immediatè*. Et p. i. qu. 105. 5. *Damnavit eum, qui diceret: solus Deus immediatè omnia operatur*.

Tota dogmatum Catholicorum series ad hanc nos veritatem deducit. S. Augustinus secentis in locis declarat, gratiam esse auxilium. *Adjuvat, ut agamus*; atque hæc est phrasis ipsi admodum familiaris. Quodsi verò Dei operatio ipsos actus infunderet, non esset auxilium, *ut agamus*, sed ipsa executio, ac perfectio eorum, quæ fieri oportet. Scripsit ipse, gratiam esse propriè inspirationem dilectionis, *ut cognita sancto amore faciamus*. Aliud igitur est operatio Dei, quæ inspirat, aliud ipsa inspirata dilectio. Aliud item actus salutares, qui ejus virtute exeri debent, quique ut exerantur illa nobis inspiratur.

Est principium Catholicum, esse in potestate hominis eligere; atque in hoc consistere, quod sumus actionum nostrarum Domini. D. Thomas ait: *Dicendum, quod sumus Domini nostrorum actuum, secundum quod possumus hoc, vel illud eligere*. Et alibi: *Dominium quod habet voluntas supra suos actus, per quod in ejus est potestate velle vel non velle*. At si verum foret, uti vult Anonymus, quod *Deus per sese operetur, & producat in nobis ipsum velle*; & quod *l'azione di Dio produce le volizioni stesse*; atque id per sese, hoc est immediatè, quæ obsecro eligendi facultas, quæ volendi, & nolendi potestas reliqua erit arbitrio?

ANGE-

Quod I. 1. ANGELICUS ita docuit: *Sic Deus movet mentem humanam ad bonum, ut tamen possit huic motioni resistere.* Ex quo apparet, quod eam non moveat per se ipsum, sed per gratiam, cui potest resisti. Quod certè fieri non posset, si ipsius motio foret effectio, ac productio actuum per se ipsum, suamque omnipotentiam, ut modò contenditur. Quando Anonymus scribit, quod in voluntate

II. p. 14. *viens infuso da Dio l'amore medesimo; quodque operatio Spiritus Sancti amorem infundat cordibus nostris;* non intelligit id de habitu, sed quod infundat nobis actualem, quandoquidem subiungit: *Amorem, inquam, qui est ipsa voluntatis determinatio.* Quam igitur nos in actibus amoris partem habebimus aliam, quam passivam?

I. p. 149. CERTISSIMUM esse affirmat hic scriptor, quod, si Deus producat in nobis fidem, spem, charitatem & impossibile, che la volontà non creda, non speri, non ami, perchè Dio è onnipotente, e alla di lui azione non può la volontà resistere. Tollit igitur nobis potentiam; quo autem sensu hæc accipienda sint, satis declarat asserens: *Præter habituale donum necessariam insuper esse actionem Dei, qui in anima motum voluntatis per se immediatè efficiat;* repetens quoque, *che la Carità, la quale non è altro, che una buona volizione ci viene infusa;* quodque voluntas nè minimum quidem motum bonum possit in se habere, nisi Deus eum illi speciatim infundat.

II. p. 94. *trò infundere quando loquimur dogmaticè, innuit & actionem in infundente, & meram in recipiente passionem.* En igitur totius systematis basin! necessitas in actibus, utpote infusis; impossibilitas, seu impotentia respectu oppositorum: ac demum insuperabilitas absoluta, quippe quæ ab Omnipotentia provenire asseritur.

I. p. 92. SANUM ex adverso, & Catholicum est principium, quod profitetur Anonymus, quod gratiæ, si pro dono in nobis à Deo producto accipitur, possit resisti. Verùm licet iteratò illud profiteatur, non tamen in suis ratiociniis illud unquam exequitur; acciditque non rarò ut & opinionum consensione, & systematis tuendi necessitate restrictus ea proferat in medium, quæ cum hoc principio non cohererent. Videmus iterum alio in loco, quomodo ex eo, quod Deus in nobis producat amorem, oriatur, quod amittamus libertatem indifferentiæ, hoc est facultatem ad opposita. Censet igitur, per id, quod à Deo in nobis produci- tur, non tolli duntaxat ipsum velle, sed etiam potentiam volendi contrarium. Nec juvat, correctio quam addit. Quod nimirum, licet actus amoris immediatè infundantur, tamen omnis incredulus, & indu-

II. p. 15. *ratus può passar dal credere al non credere, dall'amor di Dio all'amor del mondo;* hæc

enim non reddit actus anteriores liberos; sed solum ansam præbet falsitati, & paradoxo illi, quod omnis incredulus, & induratus prius crediderit, & amârit. Affirmat, quod, quando nobis inspiratur amor, è impossibile, che volontà non ami; quodque errent, qui credant: *In voluntatis potestate esse eâ gratiâ uti, aut illam rejicere.* Quo fit ut dicatur gratia prorsus insuperabilis, etiam hoc sensu accepta. Adde, quod affirmet huiusmodi gratiam non esse tantummodo adiutorium supernum ad bonum agendum; sed esse fidem ipsam, & amorem Dei. Esse donum Celestis sapientiæ, quod virtutes continentur omnes; esse donum virtutum omnium salutarium. Verum equidem est, cum gratiâ Sanctificante habitus virtutum propter unionem cum Deo infundi: At non continuò sic loquuntur Theologi, neque dicunt unquam, à gratiâ donari virtutes, & sapientiam Celestem.

In summâ apparet hinc, quod, quemadmodum Anonymus semper prædicat se tueri actus liberos, at simul adducit doctrinas, per quas non sunt amplius liberi: Ita constanter repetit, resistere posse hominem rei à Divinâ operatione in voluntate productæ; sed adfert sententias, & tuetur, ex quibus conficitur, Gratiâ etiam hoc sensu acceptam fore insuperabilem.

CAPUT IV.

Insuperabilitas gratiæ nullâ auctoritate defenditur.

Non deerunt, qui insuperabilitatem gratiæ huiusmodi contentur defendere, antiquiorum nempe & recentiorum auctoritate. Ad utrumque tamen præcludendum effugium me accingo. Habemus in scripturâ, Deum statuere de voluntate nostrâ pro suo libitu, ejusque voluntati vires humanas resistere non posse. De his autem dubitare quis posset, licet non extarent in scripturâ? Excors planè & amens est, qui ista mentis suæ acie non penetrat. Verùm separare in primis oportet facta illa omnia, in quibus de humano arbitrio non agitur. Oportet deinde distinguere facta illa quæ superiora sunt cursu ordinario providentiæ, & casus gratiæ, ut ita dicam, violentiæ, in quibus aliquando Divinæ placet voluntati aliquos ad se rapere, cuiusmodi fuit vocatio D. Pauli. Oportet insuper advertere alia constituisse Deum Decrétò absoluto, & alia duntaxat conditionato. Quando ex his partem pejorem eligit arbitrium, homines contra voluntatem Dei faciunt, ut de Spitt. n. 58 scripsit S. Augustinus, nec ideo tamen eam vincunt. Vincerent autem, nisi tum de illis hoc faceret Deus, quod constituit. Præ omnibus tamen expendendum est docu-

mentum illud, quod sæpe repetiit D. Thomas. Si voluntas Divina necessitatem imponeret, sequeretur, quod omnia bona ex necessitate eveniant: & sic perit liberum arbitrium, & consilium, & omnia huiusmodi. Verum per Divinae voluntatis efficaciam fit, ut non solum fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult: vult autem quedam fieri Deus necessario, quedam contingenter. Docet tamen, quod in rebus à Deo volitis necessitas non sit absoluta, sed conditionalis. Unde ex hoc ipso, quod nihil voluntati Divinae resistit, oritur, ut omnia eveniant quemadmodum ipse vult, liberè quidem, quæ vult liberè, & necessariò, quæ vult fieri necessariò. Ex quibus omnibus facilè relucet sensus istorum locorum Augustini: Cui volenti salvum facere nullam hominis resistit arbitrium: Et paulò post: Humanas voluntates non posse resistere, quò minus faciat ipse, quod vult; & alterius ibidem: Habens humanorum cordium, quò placet, inclinandum omnipotentissimam potestatem. Absit, ut quisquam existimet, refragare hic ipsum dogmati illi, quod toties tradit, dicens: Sibi nocet, quisquis resistit voluntati Dei. Liceat hic inferre paragraphum, qui circa hanc materiam legitur in historià; nec infrequenter ab Anonymo accusatus fuit. Hæc omnes sunt propositiones æternæ veritatis, nec quidquam difficultatis præ se ferunt. Cave tamen, credas contradicere hic Augustinum sibi: ipsi autem ducentis, vel trecentis illis locis, quos nuper reduximus; & quibus doctissime statuit, posse resisti Divinae gratiæ; libertatem indifferentiæ nunquam auferri; consentire nostrum esse; Dei esse vocare, venire autem hominis; non adjuvare Deum, nisi unà operemur, nos esse in culpâ, nunquam verò Deum, cum malè operamur. Quis nisi emotæ plane mentis sit, possit vocare in dubium, an omnipotens rerum omnium conditor, uti Cælum, & terram, ita & nostras in manu suâ habeat voluntates; atque uno sæpe nutu cor etiam maxime durum, & obstinatum ad se inflectat? Quis contra addubitare ausit de exactâ, constantique veritate eorum, quæ toties nos ipse Deus docet in SS. literis? quod nos constituerit perfectè liberos, quod voluerit penes nos esse optionem, vitam, & mortem pendere ex nobis? Binæ autem hæc veritates quo pacto inter se concilientur, intellectu facilius est, quàm explicatu. Desiciunt nos voces, desiciunt verba, quæ declavemus id, quod omnis cæteroqui homo prudens amplectitur, censet, & secum ipse iudicat. Rudes quandoque, ac plebeas matres audias puerulis suis inclamantes: Orate Deum, ut moveat divitem illum ad ferendam vobis opem! Quo discimus, esse hunc sensum à natura nobis impressum, quod ex Deo pendeant voluntates hominum. Easdem vicissim audias mulieres,

cum quis flagitium aliquod admittit, non Deum, aut gratiæ defectum, sed pravam peccantis incusantes voluntatem, eique omne supplicii genus imprecantes. Ex quo vicissim liquet, sensum esse naturæ, quod liberi simus, omnique malum proficiat à nobis. Difficultas itaque solum in eo est, ut rei huius modum intelligamus, illudque explicare conemur, quod perspicuè explicari non potest. Quisquis hoc facere conatus fuit, aut in posterum conabitur, nec potuit, nec deinceps poterit id præstare, quin ad alterutrum hæc veritatibus oppositum errorem nonnihil videatur accedere. Acuta illa ingenia, quæ proximis sæculis per varia theorematà, per vias diversas, novæque vocabula se ad explanandum isthoc mysterium accinxerunt, non liquet satis, an aliud disceptando consecuti fuerint, quàm quod excitavit dissensiones, novisque in scholas difficultates invexerint.

Doctissimorum, quotquot longâ sæculorum serie fluerunt, Parum nemo unus hanc sibi spartam sumpsit. S. Augustinus, qui prope plus quàm humano fertur fuisse ingenio, hoc in argumento versatus fuit nunquam. Neque aliud quid ad duò hæc dogmatà inter se concilianda scriptum à posteris transmissit, quàm: Utrumque verum est. Vidimus id paulò ante. Ita & alio loco: Si tibi proponam quæstionem, quomodo Deus Pater attrahat ad filium homines, quos in libero dimisit arbitrio, fortassis eam difficilè soluturus es. Quomodo enim attrahit, si dimittit, ut quis, quod voluerit, eligat? & tamen utrumque verum est. Ita & in Retractionibus: Et utrumque ipsius est &c. & utrumque nostrum. Ita in ultimo suorum Operum, quo respondit objectis à Juliano difficultatibus: Ideo utrumque verum est, & quia Deus præparat vasa in gloriam, & quia ipsa se præparant. Atque hic pedem figit, nihil plus ad Theologiam Christianam necessarium fore prædicans. Vidimus paulò ante, quomodo monaverit Advemetinos monachos, utens in hac materiâ effato Apostoli, ne velint plus sapere, quàm oportet sapere. Simili fere modo fatebatur Eximus hic Pater, non occurrere sibi modum satis explicandi, quâ ratione ad nos transeat peccatum originis. Sufficiebat ipsi, videre se expressum dilucidè in SS. literis, quod illud verè in nos transeat. An fortassis capimus nos ea, quæ multò, quàm hæc, faciliora sunt, res inquam naturales, quæ nostros sub sensus cadunt? Habemus ex textu Geneseos, hominem dominaturum appetitui suo: וְהָיָה כָמוֹת הָאֲדָמָה, atque hæc nobis debent sufficere. Difficultas rem hanc rectè explicandi, & innata quasi hominibus omnia ad Deum referendi idea in causâ fuit, cur Gentiles, ac speciatim Poetæ malum non minus, quàm bonum Diis suis tribuerent. Quâ de re eos reprehendit Plato, uti in historiâ Theologica

De Corr. &
gr. n. 43. &
45.

de qu. 83.
q. 60.

Histor.
Theol. lib.
XII.

de gr. & lib.
arb. n. 42.
Cont. lit.
Petil. lib. 2.
n. 186.

Retr. I. 1.
c. 23. n. 3.

gicâ innuimus. S. Augustinus protulit eam in rem traductionem duorum versuum Homeri, factam à Tullio.

Tales sunt hominum mentes, quales Pater ipse

Jupiter auctiferas lustravit lumine terras.

Verùm hallucinantur hic editiones Augustinianæ, in errorem datæ à vitioso quodam codice MSto, ex quo in reliquos omnes error transfusus fuit. Secundus enim versus planè non pertinet ad primum, fuitque hunc in locum ex alio quodam Opere translatus. Fortassis desumptus est ex versione quâdam Arati à Tullio elaborata: In fragmento quod inde restat, habetur: *Lustrantes lumine mundum*. Versus Homeri extant in Σ Odyssææ.

τοὺς γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχρῶντων ἀνθρώπων
Οἷον ἐπ' ἡμᾶς ἀγνοῖ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Talis est mortalium hominum mens,
Qualem in diem hominum, Deorumque pater
inducit.

Ex secundo hoc erroneo versu mutata etiam fuere Lexica vocem aliquam quæ nunquam fuit usurpata à Cicerone; aut alio antiquo scriptore. Bini hi versus referuntur ab Aristotele l. 3. *de animâ*, rectèque traducti fuere ab Argyropulo. Verùm hæc per parenthesin! Veniamus ad recentiorum auctoritates, unde magnam nonnulli erroris ansam captant. Dicitur sanè, & à scriptoribus doctis dictum fuit, non posse arbitrium resistere gratiæ efficaci. Nolim tamen tibi persuadeas hujusmodi scriptores Anonymi sensus patrocinari, possèque illorum dictis hujus defendi systema. Argumentis duobus, iisque irrefragabilibus veritatem hanc demonstrare aggredior. Primum est, quod Theologi illi, qui scripsere, non posse resisti gratiæ efficaci, neque haberi sine ipsa potentiam proximam, atque expeditam perveniendi ad actum, hujusmodi doctrinas Catholicè explicant, fulciantque rationibus, quæ non pugnant cum dogmate; à quâ re longissimè suis in libris abest Anonymus. Ego autem an in horum magis vel illorum sententiam propendeam, dicere nil attinet; neque inde ullum alterutri parti accederet momentum. Ne in tota quidem meâ historiâ attingere volui controversias, quæ intercedunt inter Catholicos. Theologi autem, de quibus loquimur, ostendunt, quomodo potestas non cadat præcisè in Dei motionem, sed in actus proprios, non propriè in gratiam, sed in nostram cooperationem; tuenturque placita sua potissimum celebri illâ distinctione sensûs compositi, & divisi. Affirmant insuper sinè efficace subsistere semper vi gratiæ sufficientis aliquam

potentiam ad actus bonos, licet non proximam, & expeditam; neque per quantumcunque infallibilitatem actuum tolli facultatem ad oppositum. Dicunt itidem remote sufficientem proximè nihilominus sufficere ad hoc, ut per orationem se quis ad Deum convertet, gratiamque imploret efficacem. Ex omnibus hisce declarationibus nè unam quidem pro omnipotentia quam gratiæ inesse vult, adducit Anonymus, neque cupit adducere, quandoquidem methodos è scholis profectas ad unam omnes respuit. Censet Deum determinare voluntatem, idque sine libertatis offensione, quia *lo fà con la sua onnipotenza egli stes. I. p. 131.* Alius fortasse vicissim diceret, tanto magis metuendum esse libertati, quanto vehementior esset vis, quæ in illam agit, determinando voluntatem. Quid plura? Diversissimum omni ex parte est dictorum scriptorum Catholicorum systema ab eo, quod in præsentî discutiendum suscepimus.

ARGUMENTUM secundum non minus manifestum illud est, quod qui in materiâ adeo delicatâ certis vestigiis persequi, & explorare scribentis mentem cupit, non in una duntaxat vel alterâ hæere debeat propositione. Oportet sæpenumero omnes etiam ceteras ritè expendere, sententiarum inter se consensum, & nexum considerare opinionum. Evenit non rarè, ut eadem propositio bona esse possit, & mala. S. Augustinus loquens de dictis quibusdam Pelagii: *Quisquis hæc audit, & sensum ejus de gr. Chr. n. 2.* ignorat . . . omnino eum putat sentire, quod veritas habet. Hinc est, quod inter theses variis temporibus ab Ecclesia proscriptas nonnullæ reperiuntur, quæ in bonam accipi partem possent, in eamque etiam sæpe fuerunt acceptæ, quæque etiam iis, qui Theologiæ non studuere, sancta, ac religiosa esse videantur effata. Verùm agnoscit facilè venenum, qui eas confert cum aliis ejusdem Authoris; alia enim aliam explicat, omnesque simul verum ac genuinum, quo ab illo prolatae fuerunt, sensum detegunt. Ut itaque planum fiat, an sit quidam opiniones has in tuto collocandi, atque cum aliis Authorum Catholicorum & probatorum propositionibus defendendi modus, expendere etiam alias Anonymi assertiones oportebit, easque cum eorundem Authorum positionibus conferre. Atque hunc in finem alia ipsius sensa, & propositiones congeram, ponamque omnibus ob oculos.

CAPUT V.

In binis hisce libris palam impugnatur
libertas indifferentiæ.

ATTIGI in responsione meâ, quod inter præcipuas ac proprias ferè no-

tas, queis à Catholicis hæretici dignoscuntur, sit hæc, quod vel admittatur, vel negetur libertas indifferentiæ, hoc est *facultas ad opposita*. Impugnatores libertatis ad errorem, qui sensui communi repugnat, ex parte palliandum, commenti sunt novum quoddam liberi arbitrii genus, asserentes non requiri ad libertatem, ut quis possit utrumque ex oppositis: Sed sufficere, si quis agat sponte, libenter, & cum voluptate, licet non habeat facultatem ad contrarium; ideoque simul esse posse vim & arbitrium, libertatem & necessitatem. Cœpit hanc primus cantilenam occinere Lutherus in libro *de servo arbitrio*. Post hunc Calvinus in Institutionibus: *Distinctio inter coactionem, & necessitatem posita fuit, unde liqueat eum, dum necessario peccat, nibilo tamen minus voluntate peccare*. Securus utrumque fuit Bajus: *Quod voluntariè fit, etiamsi necessario fiat, liberè tamen fit*. Demum Janſenius: *Non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione*.

I. s. c. 4. n. 1.

I. p. 21.

HORUM vestigiis insitit Anonymus, quia ostendit se ab indifferentiâ vehementer alienum, eâque de causâ se sæpe accusat, & ridet. *Si Deus sui amorem producit in nobis, videri potest mutari, imò ruere illud, quod ipse tuetur, dogma de libertate, & indifferentiâ, quæ illius est sententia*. S. Augustinus in primo libro ad Bonifacium fusè docet, non posse fieri bonum ullum meritorium, nisi Divina præcedat gratia, rumpatque catenam illam, quâ post Adæ peccatum adstringimur. *Sed hæc voluntas, quæ libera est in malis, quia delectatur malis, ideo libera in bonis non est, quia liberata non est. Nec potest bono boni aliquid velle, nisi adiuvetur ab eo, qui malum non potest velle, hoc est gratia Dei per J. C. D. N.* Ex his deducit Adversarius, manifestum fieri, illis Augustini verbis excludi libertatem illam indifferentiæ, quam Historicus arbitrio essentialem esse verbis suis judicare videtur. Ita sanè judico ego, & mecum omnes judicant Catholici essentialem nimirum arbitrio esse libertatem indifferentiæ. Neque declinare ictum potest, dicendo, intelligere me, quod præstari possit bonum sine gratiâ, quam sententiam in Pelagianis impugnavit Augustinus. Exprimatur enim toties in historiâ Theologicâ, facultatem ad

I. 2. n. 7.

I. 1. p. 137.

Hist. p. 389.

opposita intelligi gratiâ semper suppositâ. Alio loco adversarius scribit in hunc modum: *Ubi Spiritus Sanctus caritatem infundat, nequit non inesse voluntati amor Dei*: Et postea: *Mibi nunc declaret velim Eques Theologus, qui componi valeat illa sua indifferentiæ libertas, quam in Pelagianis deridebat Augustinus, cum hæc infallibilitate amoris Dei*. Quod D. Augustinus riserit indifferentiam in Pelagio, falsum est; hoc enim vocabulum novum est, atque illis temporibus nunquam

audirum. Damnabat ipse doctrinam illam, quod homo viribus naturæ, sine gratiæ ope posset bene perinde, ac malè operari. Relucet id in centenis faciliè autoritatibus Augustinianis in variis historiæ Theologicæ locis vel ideo congestis, ut demonstraretur: *Omnino necessariam esse Divinam gratiam ad omnem actum bonum, atque ad omne id, quod ad æternam salutem pertinet*. Consulatur præ ceteris liber nonus totus, ubi Doctrinæ Augustinianæ corpus colligitur.

I. p. 21.

Ad melius porro intelligenda sensa Anonymi oportet dictas sententias cum hæc conjungere. *Si Deus in me producit amorem suum, jam non voluntas eum mea producit; sed nec prohibere potest, quod eundem producat Deus. Præterea productio in me Dei amore, quæ mea erit indifferentia ad amandum, & non amandum?* En iterum, quomodo, cum dicit: *Spiritus Sanctus caritatem infundit*, intelligat, actus infundi immediatè. Verissimum profectò est, hoc posito non habituram amplius voluntatem libertatem illam, quæ appellatur *indifferentia*: Verùm falso uno posito aliud inde nasci necesse est. Falsum pariter est, quod Deus amorem suum in me producturus, non eum eodem tempore in meâ quoque voluntate producat; falsum, quod perversa nostra voluntas non possit se opponere beneficentiæ Divinæ; falsum denique, quod infallibilitas tollat potentiam.

num. 31.

S. AUGUSTINUS epist. 186 inter Pelagii errores etiam hunc reprehendit: *Arbitrium non esse liberum, si Dei indiget auxilio, quoniam in propria voluntate habet unusquisque facere aliquid, vel non facere*. Urgetque ipsum, ut fateatur, esse liberum arbitrium, etiamsi Divino indiget adiutorio. Pergit insultare ipsum, quia ita paribus momentis potestatem voluntatis æquâ lance perpendit, ut quantum ad peccandum, tantum etiam ad non peccandum valere desinat; quod si ita est, nullus locus adiutorio gratiæ reservatur. Ex hisce periodis, quibus apparet voluisse hæreticum illum omnem vim in voluntate residere sine ullâ ope gratiæ, exculpere conatur adversarius, hanc esse indifferentiam illam, quam modò profitemur, jactatque ostensurum se, *che i Pelagiani sopra di null' altro più insistevano, che di salvare la libertà d'indifferenza*. Quod voluerint Pelagiani posse voluntatem bonum æquè ac malum sine gratiâ, quodque ex adverso Catholici semper prædicent posse voluntatem operari malè per se ipsam, non posse autem operari bene nisi virtute gratiæ, id sanè opinari videtur non esse discrimen satis notabile. In historiâ ubi docetur, traditam etiam ab Augustino fuisse indifferentiam, præmittitur: *Non già però, che l'uomo possa mai determinarsi al bene per virtù propria, perché*

n. 33. & 34.

II. p. 60.

II. p. 230.

il male è suo, il bene sempre di Dio. Quid demum de ipso Augustino dicit Anonymus, qui toties scripsit: *Et peccatum, & recte factum in libero est voluntatis arbitrio; & arbitrium illa media vis est, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinare ad infidelitatem potest; .. liberum arbitrium & ad malum, & ad bonum faciendum confitendum est nos habere.* Hæ non sunt sententiæ corruptæ, aut supposititiæ, nec depromptæ ex libris ante hæresin Pelagianam conscriptis, cujusmodi ad tria millia, & amplius ille ait extare in historiâ Theologicâ. Verum est citra omne dubium quod vir sanctus intelligat semper vera esse hæc suppositâ Divinâ gratiâ; & quotusquisque demum est Catholicorum, qui id ipsum non asserat?

CONVENIEBANT eâ ætate omnes in naturâ libertatis, sed disceptabatur de fonte, unde homini bonum præstandi facultas obveniat. S. Augustinus: *Quid obtendis ad fallendum communis dogmatis regmen? sed si quis ad colendum recte Deum sine ipsius adjutorio dicit esse in hominibus liberum arbitrium, hic jure merito Celestianus, & Pelagianus vocabitur.* Atque ut non remaneat ullum nobis dubium de verâ ejus sententiâ circa indifferentiam, adfert Anonymus in sua Defensione, seu errores gravissimos Historici, omnia ea loca, ubi, ipsis potissimum Augustini verbis, dixerat: *Che per esser liberi si richiegga di poter l'uno, e l'altro, asseritque hanc esse ipsissimam illam libertatem, quam voluere Pelagius, & Julianus.* Atque hæc sufficiant ad intelligendum, non aliam ipsum velle libertatem, quam quæ cum verâ necessitate copulatur, nec potest nisi alterutrum ex duobus. Accusat me, quod adduxerim dictum illud Augustini: *Ex quo homo incipit uti voluntatis arbitrio, & peccare, & non peccare potest; monens, subungi ab ipso, alterum horum non fieri, nisi Deo adjuvante.* At nunquid idem ego identidem dico iisdem in paginis? In summa errorem à me in hoc effato admissum his verbis complectitur: *Sicchè lo storico ripone la libertà d'indifferenza nel poter peccare, e non peccare.* Debebat dicere: *Enel poter non peccare.* Atque ita planè se res habet, supposito nimirum ut dictum est, auxilio gratiæ. An igitur arbitrio essentialis non est eligendi facultas? At nemo non novit, non eligere nisi illum, qui potest utrumque. *Proprium liberi arbitrii est electio: ex hoc enim liberi arbitrii esse dicimur, quod possumus unum recipere, alio recusato, quod est, eligere.* Ita D. Thomas, & ex ipso Cardinalis Gotti contra Picinium. *L'esser di libero essenzialmente importa facoltà di fare, e non fare.* Qui veniam habet legendi opera Calvini, videre poterit eadem pla-

ne argumenta adversus Tridentinam synodum ab ipso obmota.

RELUCET pariter opinio Anonymi, quando ex instituto ostendere conatur, accidariam esse libertatem illam, quæ consistit in potentiâ volendi, & nolendi; eamque non necessariò requiri; item ubi, ut opinioniones Muratorii Pelagianas esse ostendat, inter ceteras etiam reprobat sequentem: *Che nell' uomo resta la facoltà di consentire, e di resistere alla grazia;* subjungens, idem assertum fuisse à Pelagianis. En iterum, quomodo indifferentia, quam Author hic reprobat, sit illa, per quam homo habet consentiendi, & dissentendi facultatem; quæ est indifferentia Catholica, & sanum dogma. S. Augustinus ait: *In tua potestate est consentire, aut non consentire.* Ita sæpe S. Thomas loquens de electione: *Hæc semper in hominis potestate consistit.* Juvat & alias quasdam ejusdem sententias hic in medium asserre, ut videat Anonymus in sanos, probatosque libellos me incidisse: Ait enim non nisi ex libellis omnes me promississe citationes Authorum. *Electio est actus potentiæ rationalis, quæ se habet ad opposita. -- Dicendum, quod sumus Domini nostrorum actuum, secundum quod possumus hoc vel illud eligere Dominum, quod habet voluntas supra suos actus, per quod in ejus est potestate velle, vel non velle. -- Quia in potestate hominis est, ut consentiat, & non consentiat, dedit eis potestatem filios Dei fieri per gratiæ susceptionem. -- Secundum fidem Catholicam in medio contrariarum hæresum incedendum est; ut scilicet dicamus, hominem per liberum arbitrium, & bona, & mala facere posse, non autem in actum meritorium exire sine habitu gratiæ. -- Quidam posuerunt, quod voluntas hominis ex necessitate movetur ad aliquid agendum, nec tamen ponebant, quod voluntas cogeretur non enim omnino necessarium est violentum &c.* Hæc autem opinio est HERETICA. Opportunè hic monendus est lector, gravem irrepsisse errorem in impressiones Augustini de gratia Christi n. 14. *Præceptum quippe liber facit, qui libens facit.* Quæ verba favere videntur iis, qui volunt sufficere ad libertatem, quod sponte operemur. Adnotavi jamcum in historia, uti contextus & ratiocinii scopus aperte demonstrant, legendum esse: *Præceptum quippe libens facit, qui liber facit.* Quæ est sententia communissima, & naturæ maximè consentanea, cum libenter certè operetur, quisquis operatur liberè. Existimò ego esse valde probabile, quod hæc sit sententia ex Publico Syro huc in rem suam à Sancto allata, utpote eâ ætate sat nota. Extant apud me in antiquo quodam MS. non pauca ejusdem Mimographi, quarum nonnullæ cum his consonant. Videre est apud

S. Hieronymum, hujus scriptoris sententias in scholis tum temporis fuisse propositas, ideoque etiam ab ipso lectas fuisse. Ferebantur eruditorum manibus jam inde à Sæculo XIII. quandoquidem Pastrengus noster hæc de illis commemorat. *Publius Syrus Mimographus multas laudabiles scripsit sententias, quæ à doctis leguntur, in quibus Beneficium dando accipit, qui dignè dedit. Sub Cæsare claruit Augusto.*

RELICUUM modò est, ut videamus quàm falsum, confictumque sit, quod opiniones in binis hisce libris defensæ nitantur recentiorum Theologorum auctoritate. P. Contensonus ita scribit in suâ Theologiâ: *Unde cum quacunque etiam gratia in statu etiam lapsa semper remanet activa indifferencia voluntatis, & proxima & expedita dissentendi, resistendique facultas.* Eminentissimus Gortius in sua, postquam opinionem Jansenianam rejecerat, ostendit, doceri à Thomistis, quod Deus libertatem relinquat intactam nedum à coactione, sed à necessitate; indifferenciam potestatis non lædat, & sic eam velle faciat, ut potentiam ad non volendum, seu ad volendum contrarium relinquat: quare libertatem indifferencie tuentur. P. Bellelli in libro, qui inscribitur: *Mens Augustini*, l. 2. c. 26. declarat, Deum non dare præmotionem nisi accommodatâ earundem (creaturarum) naturæ virtute, libertarique indifferencie jura servante, & c. 28. Porro non minus libera facultas indifferens est ad oppositas determinationes, quàm indifferens sit ad oppositas voluntates. P. Berti in systemate suo Augustiniano ita scribit: *Unanimiter tamen Augustiniani, & Thomistæ fateantur, dari in statu naturæ lapsæ sub gratiâ victrici libertatem indifferencie, quam denegare præcipuus est character dogmatis Janseniani.* Dixerat jam ante: *In quo ergo sita est Janseniana hæresis?* Respondet: *Præsertim in his duobus; quod in præsentis infirmitatis humanæ statu Jansenius neque libertatem indifferencie; neque aliud gratiæ adiutorium; quàm efficax, sive cum effectu conjunctum agnoverit.* Quantum autem ad necessitatem, & illam loquendi formulam, quâ aliquando dicimus quid necessario fieri, attinet, declarat idem author intelligi id sumpta necessitate pro infallibili consecutione actûs, non pro negatione possibilitatis ad actum oppositum. Sufficiant pauca istæ autoritates ad declarandum, quantum in essentialibus fidei capitibus omnes concordent Catholici.

CAPUT VI.

Negatur pariter, atque impugnatur ab hoc authore gratia sufficiens.

DECLARATUR in systemate Augustiniano paulò ante relato, Jansenianam hæresin in eo sitam esse, quod Janseniani negent,

auxilium sufficiens distinctum ab efficaci. Consistere eam in hoc præcipue, unanimis est Catholicorum doctrina; licet hujusmodi gratia à diversis scholis modo etiam diverso explicetur. Qui docent non haberi ab ipsâ potestatem proximam, & perfectam ad bene operandum, docent tamen, quod det potentiam, quod exciter, quod aliquod suppediter auxilium; quod sufficiat ad efficiendum, ut homo sese ad Deum convertat, & oret. Rem paucis: quod eorum quæ defunt, culpa conferatur in hominem, nostramque voluntatem. En quantum abint ab eo, ut eam aut negent, aut impugnent. P. Viva: *Quod sufficiens sit pure sufficiens & non sit efficax, id non habet de se, sed ex culpa voluntatis.*

POSSUNT hæc omnia facili negotio demonstrari ex iisdem famosis Authoribus: P. Contensonus in Theologiâ mentis, & cordis loquitur in hunc modum: *Sufficiens est illa, quæ dat posse operari.* Quo nomine intelligit gratiam actualem interiorem, quæ Deus & intellectum illustrat, & voluntatem ciet ad conversionem, quam tamen non infert, nisi ad sit gratia efficax. Hanc Augustinus gratiam parvam appellat. Et pluribus interjectis: *Convenienter autem gratiam, quæ dat posse, tametsi non inferat actum, sufficiens nominatur: sufficientia enim ex parte potentie se tener, quæ tunc dicitur sufficienter instructa, quando habet expeditam facultatem, ut possit; nec illi aliud deest, ut agat, nisi velle, homini autem habenti, auxilium sufficiens, sola deest bona voluntas, ut bene agat, quamvis gratia efficax eam conferat: ego sine gratia efficaci voluntas vires habet sufficientes; verè potest, sed non vult: fieret autem perfecta justitia, ut ait Augustinus, si tanta voluntas adhiberetur, quanta sufficit tantæ rei.*

CARDINALIS Gortius docet sufficientem omnibus conferri, etiam infidelibus, & obduratis. Docet Patres Concilii duntaxat voluisse, liberum arbitrium à Deo motum non necessitari ad volendum, ut Calvinus asserbat; sed adhuc retinere indifferenciam potestatis ad non volendum. Et postea: Cum enim iste (Calvinus) solam poneret gratiam necessitantem ad agendum, omni gratiâ merè sufficiente exclusâ, omnemque indifferenciam potestatis voluntati eriperet, Concilium statuit duo: nimirum dari gratiam sufficientem, excitantem, prævenientem, dantem posse; & ulterius gratiam efficaciter cor tangentem cum indifferenciâ tamen.

CARDINALIS Norisius in Vindiciis: *t. 3. p. 1003. ed. Veron.* Quare cum urgente quolibet præcepto possit homo orare Deum, ut gratiam ad illius præcepti impletionem largiatur. En tibi sufficientem, quæ per orationem sufficit etiam ad effectum. Paulò post: *In statu autem naturæ lapsæ illud adiutorium, pro omnibus & singulis*

l. g. diff. 6.
§. 4.

t. 2. p. 104.

p. 58.

Theol. t. 3.
p. 279. &
276.

momentis proximè sufficiens non semper præsto est hominibus, unde necessitas orationis elucet, quâ rogamus Deum, ut mandata implere possimus. Et quibusdam interjectis: Ex quibus patet, quandoque auxilium proximè sufficiens præsto esse; etiam ad operandum; huiusmodi autem auxilium implorari nequit, nisi Deus infundat gratiam actualem, quâ homo moveatur ad orandum. Vera igitur est gratia, quæ ista largitur. Loquens de non Christianis ita scribit: Ceterum omnibus hominibus adesse auxilium saltem remotum mihi videtur colligere ex Augustino: Illasque refert sententias, quas in historiâ meâ rider, & accusat adversarius. Cum ubique sit præsens &c.

P. BELLELLI tomo I. Operis aliàs relati: Quandoquidem sufficienti gratiæ nedum arbitrium resistere potest; sed interdum etiam resistit, optimo iure secunda Jansenii propositio tanquam hæretica rejicienda est: Gratiæ interiori nunquam resistitur. Perperam namque Jansenius, & Jansenistæ cunctas per J. Chr. adjuvices gratias per se efficaces, nullasque merè sufficientes, & excitantes esse, quibus arbitrium hominis interdum resistat, contendunt.

P. BERTI tomo 2. de Theologicis disciplinis offendit, quomodo rejecerit Jansenius gratiam sufficientem, & quidem intellectam sensu Thomistico. Et tomo 3. docet, per gratiam sufficientem dari nobis potestatem implendi Divina mandata, eamque veram, & propriam, sed non taliter validam, & expeditam, ut ad ponendum actum non sit necessaria gratia efficax. Finem huic disputationi imponet opus illud adeo celebre, & ingeniosum, cui titulus: *L'action de Dieu sur la creature*. Cujus Author incognitus, si quisquam alius Author Christianus hisce dicraminibus adversari posset, profecto hic, ut multis quidem videtur, debuisset. Nihilominus cap. 13. agit de sufficiente, & ait; eam esse efficacem respectu collustrationum, priorumque motuum quos producit; respectu ulterioris verò, & deliberatæ actionis esse sufficientem, quia ad hanc subministrat facultatem. Agit de illâ prolixè, ejus utilitates enumerat, citatque ex P. Massoulié. Palam est, eam sufficientem gratiam, quam schola D. Thomæ admittit, verissimè & propriissimè sufficientem esse, cum re ipsâ nihil ipsi desit, si vis ipsius agendi spectetur. Ità de indifferentiâ: *L'uomo nel medesimo istante che Dio gli dà la premozione fisica, e la Grazia efficace, hà il potere di non consentirvi. Et capite sequente ex instituto tradit, che la grazia efficace, e la premozione non distruggono punto la libertà d'indifferenza*.

RESTAT modò, ut videamus, quomodo Anonymus noster etiam circa doctrinam de gratia sufficiente, non minùs quam de indifferentiâ prorsus à dogmate descif-

cat. Fatetur compertum se non habere, an gratiæ sufficientis dogma ad fidem pertineat; neque unquam se audisse, rem istam à Pontificibus, Conciliis, aut Patribus fuisse definitam. Verùm hic amphibologiâ suâ erroris ansam præbet. Veritas hujus rei non consistit in ipso vocabulo: Vocabulum potest esse novum, nec tamen nova esse doctrina. Eandem obtrudit amphibologiam, quando ait: Che la grazia sufficiente fu negata, & almeno non conosciuta da S. Agostino, da S. Prospero, da S. Tomaso, e dal Concilio di Trento. Negatam fuisse à quoquam Catholico dicere citra mendacium non potest: Non fuisse agnitam dicere pariter non potest, de illis, qui de reluctantiâ, & repugnantia, quæ adversus Divinam vocem heu dolor! frequentissima est, disputarunt, licet vocem hanc sufficiens non adhibuerint. Quàm immerito jactiter favere sibi Thomistas, prolixè vidimus in Authoribus nuper relatis. Jam verò annon gratia sufficiens, quæ omnibus quâdam ratione conceditur, satis prædicatur ab Augustino, quando ex unanimi Patrum voce ait: *In omnibus implet, quod dictum est, misericordia ejus præveniet me?* item: *Hominibus naturâ filiis iræ propterea dantur præcepta vivendi, quia datur & gratia, ut qui jubet, juvet?* Atque ita centum aliis in locis. Nonne igitur intelligere hic oportebit, dari omnibus gratiam operantem? Et quando Caritatem appellat parvam, & imperfectam, nonne idem est, ac si diceret sufficientem? Et quando Concilium Tridentinum intentavit anathema credenti, præcepta esse servatu impossibilia, & dicenti, non dari gratiam nisi prædestinatis, nonne stabilivit dogma idem, de quo loquimur? Et quando Alexander VII. damnavit propositionem hanc: *Pagani, Judei, Hæretici nullum omnino accipiunt à J. Chr. influxum; adeoque hinc rectè inferes, in illis esse voluntatem nudam, & inermem sine omni gratiâ sufficienti*, nonne damnavit negantes gratiam sufficientem? & quando proscripta fuit prima & 2da Jansenii, quod *desit homini gratia, quâ præcepta possibilia siant; & quod interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistatur*, nonne error hic solenniter proscriptus fuit?

ASSERTIT: Si per gratiam sufficientem intelligitur illa per quam reapse obtineri potest, imò interdum obtinetur æterna salus; tum de omnibus, qui fidem & finalem perseverantiam consecuti non sunt, verè dici non poterit, eos sufficiente gratia ad salutem consequendam instructos fuisse. Quibus verbis innuit censere etiam se cum Jansenio, aliam non dari gratiam, quàm efficacem, & operantem; Novit enim, non appellari sufficientem à Theologis gratiam illam, per quam salus obrinetur æterna. Hanc autem

folam ipse vult esse efficacem, unde eadem ipsi res videtur esse gratia sufficiens, & efficax. Contendit itaque, sufficientem non habuisse omnes illos, qui ad rogam aeternum damnati sunt: Quando illorum complures non modò sufficientem, sed & frequenter habuere efficacem, siquidem saepius fuerunt adepti iustitiam; sed ad malam denuò frugem redierunt. S. Augusti-

de Corr. &
gr. n. 9.

nus: Si autem jam regeneratus, & iustificatus in malam vitam suam voluntate relabitur, certè iste non potest dicere, non accepi: quia acceptam gratiam Dei suo in malum libero amisit arbitrio. Inter errores præcipuos recenset propositionem sequentem. Sarebbe in errore, chi dal non darsi sufficiente grazia à bambini non battezzati, che capaci non ne sono, dedur volesse, che a gli adulti parimente non si conceda.

l. p. 102.

NOTARI meretur locus ubi ita loquitur: Scholastici omnes, quorum scripta nobis percurrere concessum fuit, siue ii sint Thomistæ, siue Augustiniani, siue Molinistæ, ubi Cl. propositiones Quesnellianas oppugnandas assumunt, quàmplures ex illis censurâ ideo notatas asserunt, quod gratiam eliminant sufficientem: quo quidem nomine honorificè compellatur Quesnellus, & quibus se protegat armis, per nostrorum hominum imprudentiam instruitur. Honorificè itaque compellatur Quesnellus, quando ei opponitur, quod gratiam sufficientem negarit; Instruitur itaque armis, quibus se protegat, quando affirmatur, hanc ipsum de causâ fuisse damnatum. Profectò non intelligo, quomodo quis & clariùs & vehementius impugnare ac vilipendere hoc dogma posset! Asserit intrepidè omnium scholarum Catholicarum scriptores à se hanc de re consultos (viderit autem abs dubio ex recentioribus saltem celebriores) in errorem esse prolapsos. Ego sanè mihi laudi duco, errare cum illis. P. Berti: Quesnellus nullam in paganis, & infidelibus extra Ecclesiam positis admittit gratiam sufficientem; id verò damnatum est ab Alexandro VIII. prop. 5. inter 31. & quidem omni æquitate: ex opposito enim dogmate sequeretur, nullum infidelem, nullum hæreticum, nullumque schismaticum converti, immo nec pro sua conversione Deum orare posse.

l. p. 107.

Quod attinet ad Quesnellum, accusat historicum anonymus, quod dixerit, Ecclesiam idcirco illius propositiones confixisse, quòd negaverit gratiam prævenientem, sufficientem, operantem. Non habetur enim verò in totâ Historiâ Theologicâ: Sed est multò magis notandum, quod idem denuò profiteatur, sanam esse doctrinam, quæ excludit gratiam prævenientem, sufficientem, operantem. Conatur postmodum malo morderi, cum ait, admissurum etiam se gratiæ sufficientis vocabulum. Verùm hoc non suf-

ficit, oportet etiam illius notionem, ac significatum admittere. S. Augustinus tradidit, reum esse illum, qui bene non agit, quia accepit voluntatem liberam, & sufficientissimam facultatem.

de lib. arb.
l. 3. n. 75.

ABALIENATIO, quam Author hic à gratiâ sufficiente se habere professus est, emicat speciatim, ubi scribit: *Set utri abbiamo Grazie sufficienti, cioè che bastano, non abbiamo, bisogno di chieder altro.* Catholicorum nemo non docet, utendum esse sufficiente, ad fundendas preces, & postulandam à Deo gratiam maiorem. Hic verò scriptor censet, cum præstò est sufficiens, causæ nihil esse, cur flagitemus aliam; quasi verò plura nobis largiri Deus non posset, aut non oporteret maiorem semper ab ipso beneficentiam expostulare. Quo fati innuit, ridere se eos, qui credunt, dari gratiam non efficacem, cui resistatur, aut possit resisti. Posteaquam paulò ante retulimus locum illum Augustini, ubi loquens de gratia operante, & cooperante, ait: *Caritas quamvis parva, & imperfecta non deest;* opportunè monendus est lector, vocabula illa gratiæ, & Caritatis variè accipi posse, & usurpari. Quandoque pro eadem re sumuntur, uti cum dixit vir sanctus: *Caritas est gratia Testamenti novi;* quandoque pro re diversâ, uti cum idem scripsit de Caritate, quod sit accensenda auxiliis gratiæ: *Hanc vos inter adiutoria gratiæ nominare non vultis.* Idem & mihi evenire his in disputationibus posset, quin tamen in anilogiam quandam incurram. Passim tamen observare licebit, me adhærere Angelico doctenti: *Gratia non est fides, vel spes . . . neque etiam Caritas, quia gratia prævenit Caritatem.* Quamobrem non semel reprobo Anonymi sententiam, gratiam esse fidem, & amorem Dei. Idque tantò magis, quod quantum attinet ad Caritatem, propugnari tuò potest sententia scholaræ scotisticæ, quæ pro eodem habet Caritatem, & gratiam sanctificantem, sed si de fide loquimur, error indubitatus est, quam Catholicus nemo tueretur, quod illa cum gratiâ idem sit: Quandoquidem in peccatore extra statum gratiæ constituto & fides, & spes reperiri possit.

De gr. &
lib. arb. n.
33.

Aug. t. 3.
c. 561.

l. 2. qu.
110. a. 3.

l. p. 14.

CAPUT VII.

Anonymi Sententia de Charitate expenditur.

An ponenda ob oculos præcipua novi systematis capita aliud ulterius non requiritur, quàm ut observemus, quid in eo constituatur de Caritate. Declarat illud sæpenumero Anonymus, dum asserit, esse illam uniuscujusque bonæ nostræ operationis principium. Paulò post: *Amorem illum, cuiusque bonæ nostræ operationis initium est.* Hæc sententia consonat cum propositionibus

bus Quesnellianis à 44 ad 66. Si enim ita est, alia non existeret virtus, quam Caritas, atque sine ipsâ omnia erunt merus error, merum peccatum. Si verum est, uti in duobus hisce libris prædicatur, quod Caritas sanctificans sit unicum bonarum actionum principium, verissima erit prima Quesnelli, quod nimirum qui in gratia constitutus non est, habeat generalem impotentiam ad orationem, & ad omne opus bonum; atque hoc pacto verum erit, quod ubi Caritas non est, non sit religio, quodque omnes peccatorum, & infidelium operationes sint peccata. Non gravetur, quisquis hæc legit, consulere historiam Theologicam à pag. 416. usque ad 420.

ANONYMUS nititur effato illo Quesnelli: *Non sunt nisi duo amores, unde volitiones, & actiones omnes nostræ nascuntur*, quando rapporta tutte le azioni alla carne, e allo Spirito, cioè all' amor del Creatore, e delle creature, hoc est ad Caritatem, & Cupiditatem: Qui error sæpius atque in 38vâ Bajanâ sub ipsis Cupiditatis, & Caritatis vocabulis proscriptus fuit. Quantumvis etiam regnet in anima cupiditas, non omnes continud actiones vel adiaphoræ, vel piæ ex ipsâ nascuntur, ita ut quidquid sit eo tempore, sit peccatum. Perperam itaque Quesnellus ad 40 regnat cupiditas, adjunxit in

Seff. 6. c. 8. 45tâ omnesque ejus actiones corrumpat. Concilium Tridentinum docet: *Humanae salutis initium est fides*; docet item, quod hæc sit fundamentum, & radix omnis justificationis.

II. p. 95. nis. Quomodo igitur testari potest Anonymus, doceri ab omnibus, che l'amore fosse principio d'ogni azione ragionevole, e che la carità fosse radice, e principio d'ogni buona azione, e l'amor perverso d'ogni azione malvagia?

EXISTIMAT forte se malo occurrere, quando asserit, principium omnium operationum rationalium esse amorem illum, qui eligit bonum, in quod fertur, tanquam in finem suum ultimum; & quando adjungit: *Che intende di quelli amori, co' quali la volontà elegge qualche oggetto, come sommo suo bene, ed ultimo fine*. At quomodo dicere id potest, cum sæpius asserit, atque etiam his ipsis in locis, quod ad Caritatem, & Cupiditatem referat actiones omnes? Non igitur de illis solis agitur, in quibus voluntas summum bonum eligit. Si ita se res haberet, ageretur sanè de paucissimis. Quotus quisque enim est, qui in vitæ actionibus, & cum quâdam animi perturbatione impellitur, in animo habeat respicere ista objecta tanquam supremum bonum, & ultimum finem? Quæstio in eo versatur, an omnes actiones semper proficiantur vel à Caritate perfectâ, vel à Concupiscentiâ vitiosâ. Considerandæ igitur speciatim sunt

adiaphoræ. Sed ex harum classe non sunt illæ, per quas finis ultimus investigatur.

ATQUE hæc ad institutum nostrum sufficiunt. Adjungam tamen adhuc aliam quampiam animadversionem. Adversarius systematis sui hanc quasi basin ponit: *Primam determinationem liberi arbitrii, omniumque rationalium actionum principium nil aliud esse, quam amorem*. Arque per hoc viam sibi sternere conatur, ad ea quæ statuit circa caritatem. Hæc in opinione fuisse SS. Patres, & antiquos Philosophos ait, at nè unum quidem aliquem adducit. *Amor*, (quod nunquam satis inculcatum est) omnium humanarum actionum principium &c. Hinc in epilogo suo: *Primo igitur sentio, quod prima voluntatis determinatio in amore consistit*. Ita quoque sæpe in sua *Defensione*.

QUEMADMODUM etiam in opinionibus, & doctrinis magnam vim habet consuetudo hominum: Ita hodie etiam apud Catholicos receptus est mos ille omnia referendi ad amorem, quanquam sine offensione fani dogmatis; & quin inde, quod Janseniani faciunt, deducant defensionem quarundam propositionum Baji, & Quesnelli; & quin contendant, liberos esse actus licet sublata sit facultas ad oppositum, propterea quod sint voluntarii, cum procedant ab amore. Sublati tamen etiam falsis hisce consecutionibus existimo planè non verificari relatum hoc Anonymi principium. Primum ejus firmamentum petitur ab auctoritate S. Augustini. At nullo unquam in loco dixit Augustinus, principium actionum omnium rationalium aliud non esse, quam amorem. Dixit equidem non in centum locis, sed in duobus, *pondus meum amor meus*, eo (fort. ab eo) feror, quocunque feror. Quibus verbis innuit, quod qui vehementi amore agitur, omnia faciat ex illius impulsu; quandoquidem quod corporibus est pondus, hoc amor est animis: Unde quemadmodum pondere efficitur, ut corpora moveantur, ita sit amore ut animi commoveantur. Quâ ratione amabo hujusmodi dictum transferri potest ad omnes actiones humanas? Quantum ab hac sententia abluunt illi, qui volunt varias actiones hominis non aliunde, quam ab amore provenire? Quemadmodum corpora quandoque pondere, quandoque exteriore impulsu, quandoque vi interiore moventur: Ità & animi modò hæc modò aliâ perturbatione mentis, modò ratione moventur. Quam igitur falsa est Anonymi assertio, che secondo il sistema di S. Agostino la prima determinazione della volontà, ed il principio di tutte le azioni ragionevoli non è altro, che l'amore. Advertamus insuper, quod de vi ac energia amoris non fuerit locutus, quando age-

I. p. 87.

II. p. 95.

bar de gratiâ, vel arbitrio, vel aliâ quavis materiâ Theologicâ. Non oportet hunc in modum abuti, neque alium in sensum aut scopum torquere sententias à scriptoribus interdum prolatas. Ex adverso cum Sanctus noster scribebat adversus Pelagianos, disertis verbis docuit: *Initium corrigendi cor fides est*; scripsitque in epist. ad Sixtum: *Fides, unde omnis iustitia sumit initium*. Enigritur, quomodo fidei potius Augustinus tribuerit principium omnis boni; quodque non censuerit omnem actionem rationabilem, & bonam procedere ab amore.

De petf.
jult. n. 41.
ep. 194. n.
9.

1.2. qu. 58.
2.2. & 3.

qu. 100. a. 3.

ADDUCUNT etiam suam in rem D. Thomam. Verum ut tutò, ac liquido appareat, an ipse existimaverit omnium nostrarum actionum primum principium esse amorem, observemus, ubi planè contrarium docet his verbis: *Omnium humanorum operum principium prima ratio est*. Et iterum: *Homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud*. Denuo: *Principium humanarum actionum in homine non est nisi duplex, scilicet intellectus, seu ratio, & appetitus*. Alibi: *Rationem, quæ est proprium principium humanorum actuum*. Rationem itaque censebat esse principium proprium, & primum, licet aliud principium sit appetitus. Citat adversarius illa sancti verba: *Primus motus voluntatis, & cujuslibet appetitivæ virtutis est amor*. Sed, quod amor sit primus motus appetitivæ virtutis non significat, omnem humanam operationem procedere ab amore. Sensus est, quod voluntas prius feratur in bonum tanquam objectum, quam in malum. Ita verba jam relata exponit Angelicus: *Cum enim actus voluntatis, & cujuslibet appetitivæ virtutis tendat in bonum & malum, sicut in propria objecta; bonum autem principaliter, & per se sit objectum voluntatis, & appetitus, malum autem secundarium, & per aliud; oportet naturaliter esse priores actus voluntatis, & appetitus, qui requirunt bonum, his qui respiciunt malum*. Quam quæso affinitatem habet hæc doctrina cum opinione, quod non operemur nisi per amorem?

Et quàm longè aliter se rem habere compariet, quisquis se ipsum excutiet? Prima fides v. g. non nascitur ex Caritate. Igitur amor non est omnis actionis Christianæ principium. Annon consentaneus rationi est metus pœnæ æternæ? Atqui actus amoris non est. Quoties non evenit, ut argumentis gravibus persuadeamur, atque ad capiendum aliquod consilium inducamur? Atqui in his omnibus omnem sibi partem vendicat ratio, nullam amor. Quot sunt actiones, quæ eliciuntur, atque excitantur ab affectionibus animi omnino oppositis

amori? Quot non harum causat ira, odium, invidia, dolor? Si quis dicere veller, quod qui inimicum interficit, id faciat ex amore quo fertur in semetipsum, hæc esset speculatio sensui communi contraria; eodèmodo que jure dici posset, quod voluptates quarum ex odio, quo ferimur in dolorem. Quà specie veri dici demum potest, etiam actiones viperinas, furiosas, funestas produci ab amore, qui est affectus ad eò blandus, & levis, qui non inspirat, nisi operationes pacis, & mites animi motus? Sed inquit, illud odium, illa superbia, illa abalienatio, quæ homicidia & perturbationes animorum producit nata fuere ex *φιλανθρία* cuius congenitâ. Quod si ita est, has perturbationes produxit amor, non autem operationes illas, quæ ab hujusmodi oriuntur perturbationibus. Quis amabo dicet me ab avo meo generatum, quod ille parentem meum generarit? En tibi manifestam amphibologiam! Quod affectiones animi occultam habeant radicem in amore proprio, id enim verò anam illis præbuit dicendi, quod omnes humanas operationes producat amor; quasi ratio, variæque affectiones mentis quæ maximam earum partem re ipsa producant, abolitæ prorsus sint, & non operentur. Parum certe consuluerunt sanctum illum Thomam quem ad eò frequenter referunt. Nusquam dixit ille, quod omnium operationum principium sit amor, quodque à solo amore proveniat determinatio. Scripsit equidem: *Omnis affectionis principium est amor*; idque ita explicat: *Gaudium enim & desiderium non est, nisi amati boni: timor etiam & tristitia non est nisi de malo, quod contrariatur bono amato: ex his autem omnes aliæ affectiones oriuntur*. Qui dicit amorem esse affectionum originem toto Cælo distat ab opinione volentium; omnium rationalium actuum principium nil aliud esse, quàm amorem. En igitur, quàm etiam ex hoc capite inutilis, ac vana sit machinatio eorum, qui falsi hujus principii ope aperire sibi conantur viam ad pervertendum dogma de Caritate, & tuendas Quæsnelli, Baji que propositiones, contententes, ab illâ omnes bonas operationes derivare, & omnium bonarum actionum principium esse amorem. Imò nè comprobari quidem unquam potest, quod venditat Anonymus, amorem nimirum esse ipsammet voluntatis determinationem. Voluntas potest amare aliquid frigide, & nondum se determinare; potest se determinare ex aliâ quâcunque affectione animi: Quando autem se ex amore determinat, aliud est amor, aliud determinatio. Unde nunquam idem est determinatio, & amor.

Con. gent.
1.1. c. 91.

1. p. 87.

1. p. 130.

1. p. 195.

1. p. 149.

CAPUT VIII.

Vanitas rationum allatarum ab Adversario.

EXPENDERE jam aggredior rationes præcipuas, quibus Anonymus modò unam, modò aliam ex propositionibus hactenus discussis defendere conatus fuit. Ut evinceat gratiam esse insuperabilem, & omnipotentem multum sibi plaudit de hoc argumento; quod ipsa non sit ens singulare à Deo productum, sed ipse Deus. *Actio Dei Deus ipse est; proindeque huic actioni creatura resistere nequit.* In Apologia loquens de tali actione, seu operatione Dei: *Quella è, inquit, onnipotente, ed inimpedibile, come ch'è Dio stesso.* Et postea: *Quella grazia, ch'è volontà Onnipotente non vien data, mentre essa è Dio stesso.* At si gratia non datur, quid igitur datur ejus loco? ejus nomine? Per actionis, aut operationis nomen nunquam aut à quodam Patre, aut à probatis Theologis definita fuit gratia. Quando igitur vult eam dici oportere omnipotentem, & insuperabilem, quis erit, qui id in inusitato ipsius sensu intelligat? Quis erit, qui idcirco credat damnatam immeritò fuisse decimam, & undecimam Quesnelli?

REPONIT, quod, cum sit Deus ipse, & actio non distinguatur à Deo *perciò si chiamo onnipotente, inimpedibile, irresistibile.* Verum hoc ad rem non facit, hæc enim, ut cap. 5. dictum est, non est gratia illa, quæ de agitur. Cumque nemo, qui differit de gratiâ, hoc nomine incretam Dei operationem intelligat, nemo quoque SS. Patrum, nemo probatorum scriptorum unquam docuit, gratiam & Deum eandem rem esse; nec unquam cum Theologicè & Dogmaticè loquebantur, dixere gratiam idem esse, quod Deum. Si gratia, de quâ hic sermo est, esset ipse Deus, quo pacto modò est magis, modò minùs potens? quo pacto esset aliquando *parva, & imperfecta*? quo pacto explicari posset gratia initialis, & varii ejusdem gradus? Ridet me sæpiùs, quod gratiæ nomine intelligam *nescio quid, quod Deus non est, quod credam, eam esse un non sò che, il quale non è nè Dio, nè la volontà.* Afferens, quod si sit res distincta da Dio, *che la dà, e dalla volontà, che la riceve, sit merum nihil & blittri.* Blittri itaque erit gratia apud Patres omnes Græcos, & Latinos, quorum nemo unquam docuit, quod gratia sit Deus, nec quod sit voluntas.

SUBJUNGAM hic quidpiam hic quidem ad rem præsentem necessarium, non tamen, ut opinor, futurum inutile. Profiteatur Anonymus, quod operatio, per quam Deus nobis gratiam largitur *non è più distinta da Dio, di quel che siano le persone del Padre, del figliuolo, e dello Spirito Santo; quodque, quemadmodum dicimus: Il Pa-*

dre è Dio, il figliuolo è Dio, lo Spirito Santo è Dio, ita etiam oporteat dicere: La volontà Divina è Dio, L'azione Divina è Dio, l'operazione Divina è Dio. Adjungit, quando dixit S. Joannes, *omnia per ipsum facta sunt,* non oportere credi quod perperam fuerit locutus, quasi operatio, *con cui Dio fece il mondo non sit Deus ipse, ac proinde non sit ipsum Verbum.* Torum hoc ratiocinium Theologiæ Magistris haud magnopere, opinor, probabitur; quandoquidem de operationibus Divinis *ad extra* non perinde discurrendum est, ac de illis, quæ vocantur *ad intra.* In operationibus intrinsecis agens Divinum, licet distinctum quoad personam, est tamen ob communem omnibus naturam identificatum termino, id quod non accidit in extrinsecis. In his, si terminum attendimus, actio est temporanea; atque ideo hoc sensu agens & actio non sunt idem. Verum quidem est, quod Deus condiderit semper, & inspirarit semper, in quantum in ipso non datur prius, & posterius, totaque æternitas ante ipsum non est nisi punctum individuum; & in quantum voluntas in Deo non est potentia volitiva, cum non sit in ipso nisi actus purus. Actio vero *ad extra* importat etiam rem effectam, neque unum, ut est in relativis, explicari potest sine alio. Hujusmodi actio non est Deus, ut Deus, quia Deus ut Deus non potest non existere: Actio autem libera Dei *ad extra*, quantum ad connotatum attinet, posset esse, & non esse. Non potest verè affirmari, Deum nobis dedisse gratiam *ab æterno*, quemadmodum verè affirmatur, fuisse *ab æterno* Patrem Filium, & Spiritum Sanctum; nullamque unquam personam distinctam fuisse ab essentia.

NON itaque est propria & castigata locutio, cum dicitur: Operatio per quam Deus mihi confert gratiam, est Deus, quemadmodum Pater, Filius, & Spiritus Sanctus est Deus. Talis operatio est Deus, consideratus relata ad creaturam, & effectum à se productum. Relationes inter personas Divinas sunt æternæ; sed relatio dicte operationis est temporanea. Relatio Dei ad creaturam non est realis, quemadmodum illa quæ ad conditorem refertur creatura. Operationes exsertæ in condendo mundo, & largiendâ gratiâ sunt Deus *ex parte principii*; at non *ex parte termini*: Non igitur eadem analogia est inter hujusmodi actiones & Deum, quæ intercedit inter Deum Patrem, & Deum Filium, & Deum Spiritum Sanctum. Occurrit hic animo pulchrum documentum ex Augustino de relationibus, & modo distinguendi esse relativum ab esse substantiali. *Cum dicis mihi, in P. 6. Filium hoc esse, quod Pater est, profectò (fort. B. 5. ergo) & Filius Pater est, responde: Secundum*

substantiam tibi dixi hoc esse filium, quod Pater est, non secundum id, quod ad aliud dicitur. Amphibologiam admittit iridem Anonymus, affirmando generatim, quod in Deo *il volere, ed il fare sono una cosa stessa.* Verum quidem est, ut agat aliud non requiri, quam ut velit; unde hoc sensu velle & agere idem est in ipso; sed facere denotat, ac respicit rem quæ efficitur, hæc autem non semper existit, licet eam voluerit semper, noluit enim eam existere, nisi tali tempore. Minus rectè etiam, & præter mentem suam, in memoriam hic nobis revocat identitatem Divinarum personarum, quia & hæc sunt inter se res distinctæ. Neque bellè quadrat ea quæ habet in dictum illud: *Omnia per ipsum facta sunt.* Nam verissimum quidem est, quemadmodum jam dudum observavi in insigni quodam loco S. Augustini, quod *quicquid facturus erat Deus in creaturâ, jam in verbo erat; nec esset in rebus, nisi esset in verbo:* Sed si verum foret omne id, quod vult adversarius, deberet etiam dici posse: *Omnia per operationem facta sunt;* quemadmodum dicitur *per ipsum.* Ibidem etiam mentionem facit attributorum Dei, eumque in modum de illis loquitur ut inter attributa, quæ sunt perfectiones Deo intimæ, recensere videatur actiones ejus *ad extra.* An autem in toto hoc ratiocinio de Trinitate Author se ostendat Theologum, veri judicent Theologi.

ALTERUM argumentum quo utitur Anonymus ad comprobandum, quod gratia sit ipse Deus, ac proinde inimpedibilis, & omnipotens, illud est, quod si Deus non sit, necesse sit eam esse entitatem aliquam, quod ipsi videtur esse quam maxime absurdum. Hinc quippe nascitur, quod toties rideat, atque explodat Historicum, quasi per gratiam intelligat *entitatem aliquam, & comitentiam, & spuriam entitatem accidentariam.* Quibus verbis offendit speciatim, atque impugnat D. Thomam, secundum cuius systema, totamque ejus doctrinam ferriem per hoc, quod dicitur *homo gratiam Dei habere, significatur quiddam supernaturale in homine à Deo proveniens.* Quid autem sit illud quiddam, declarat articulo sequente, probans, gratiam esse *qualitatem animæ.* Quo etiam satis declaratum manet, quomodo intelligi oporteat, ubi scripsit: *Gratia quatercunque significetur, ostendit, aliquid creatum in animâ esse, quod gratis detur.* In quæstionibus disputatis egit sanctus Doctor, *utrum gratia sit aliquid creatum positivè in animâ, & defendit sententiam affirmantem.* Non igitur docuit, intelligi per gratiam debere Deum, aut ejusdem operationem; sed esse qualitatem, quatenus potest esse in animâ, & non esse, accidentariam; unde & ab ipso appellata fuit *forma accidentalis ipsius*

animæ. Quam quæso ob causam metus nè non videamur sentire eam recentioribus, invisa nobis redder ea vocabula, & modos loquendi quæ evadunt necessariae ob æquivalentium quibus utamur, defectum.

At magnam in eo vim facit Adversarius, quod dixerit S. Augustinus Parte 1. in Psalmum 68. *Quod nulla substantia est, nihil omnino est;* deducens inde, quod qui vellet gratiam esse entitatem, cum substantia non sit, vellet per Augustinum illam esse nihil. Verum hoc ipso in loco planè subvertit, ac diluit, vir sanctus ea, quæ contendit Adversarius. His enim planè verbis utitur: *Iniquitas non est substantia;* & postea: *Vitia non sunt substantia.* An idcirco ille dicit vitia, & iniquitatem esse nihil? Asseruit itaque S. Doctor, *nihil esse, quod non est substantia;* non item, *quod inest substantiæ.* Non sanè illud nihil est, quod tamen non subsistat per se, subsistat tamen per inhærentem. Hinc ex Boetio citavit Angelicus: *Accidentis esse est inesse.* Hinc etiam Catechismus Romanus, qui est quasi vox Concilii Tridentini, docet, gratiam esse *Divinam qualitatem in animâ inbærentem.* D. Thomas in articulo nuperrimè relato concludit in hæc verba: *Et sic donum gratiæ qualitas quædam est;* quod idem est, ac si diceret entitas inhærens. Ex quo advertere hic licet, quam religiosa, ac honorifica sit crisis illa Anonymi l. p. 94. *Quam si qualitatem dixeris, turpiter aberraveris.* Cartesius in meditationibus, ubi Dei existentiam demonstrat, affirmat ideam rerum existere in intellectu eo modo, quo in eo existant objecta, & affirmat hoc *non esse merum nihil.* Agnoscit diversos realitatis, hoc est entitatis dari gradus. Substantiam potiori jure appellari realem, quam accidentis: At non ideo accidentis esse nihil. Recentiorum Philosophorum placita non ab omnibus iis, qui iis se adherere profitentur, recte intelliguntur. Lubenter sanè hoc loco disputarem, an peccatum, & malum sit aliquid, nisi nimis longa hæc esset evagatio.

Ridet me sæpe Anonymus, quod supponam Deum operari mediante aliquâ qualitate, *quasi instrumento, cuius ope agat:* Cum magnum ipsi videatur absurdum, Deum O. M. uti instrumento. Verum non vidit ille S. Bonaventuram, qui hoc plane modo loquitur: *Non est aliud dicere, gratiam liberum arbitrium movere, quam gratiam esse Spiritus Sancti instrumentum ad movendum liberum arbitrium.* An forte hujusmodi instrumentum ab alio virtutem habet, quam à Deo? an non est ens ab ipso hunc in finem conditum? An idcirco dici poterit, quod Deus indigeat adjutorio? Quando Deus ad nos emendandos ex infinitâ suâ clementiâ utitur inspirationibus, & casibus,

I. p. 53.

In Pf. 44.
n. 5.

I. p. 24.

in 2. sent. d.
26. qu. 1.
2. 1.

1. a. qu.

116. 2. 2.
ad 2.in 2. 2. qu.
110. 2. 2.
ad 1.

qui nos ad seria, ac meliora convertant consilia, an continuo dicemus id officere suae omnipotentiae, & innuere indigentiam auxilii.

CAPUT IX.

Quam erronea etiam sit hypothesis, quae unicum est fundamentum eorum, qui gratiam contendunt esse insuperabilem.

ARGUMENTUM hoc adeo sublime est, & plenum mysterii, ut semper aliquid in eo discendum restet; adeo item disputando, & impugnando versatum in omnes partes fuit, ut semper habeant ingenia, quod rimentur, & cum fructu investigent speculando. Quae hactenus dicta sunt ad demonstrandum, quod non possit concordare cum Catholico dogmate opinio eorum, qui gratiam volunt insuperabilem, & omnipotentem, fuerunt dicta admissa tacite, aut saltem non impugnata hypothesis, quod nequeat arbitrium humanum repugnare actioni, quae Deus confert gratiam, operationi divinae resistere non posse. Reliquum nunc est ut videamus etiam hanc ipsam hypothese non subsistere, errorumque involvere. Omnes Catholici reuertur libertatem arbitrii pro aris, quod dicitur, & focus. *Si enim mihi non dedisset liberum arbitrium, non me sequeretur damnatio iusta peccantem*, sunt verba Augustini, qui etiam dixit: *Porro si in potestate non esset, nullum praemium, nulla pena iusta esset*. Ut autem consistat libertas, oportet ut firma stet tam relate ad concupiscentiam, quam gratiam. Alioqui, ut de priore dixit Augustinus, *si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur*, ita de posteriore dici posset: *Sine merito ei ceditur*, si ei repugnari non potest. Haec autem potestas voluntatis in quo praecise sita est? Sita inquam in eo est, quod possit repellere, ac respuere gratiam, quando eam largiri vult Deus, aut abjicere quando eam largitus est.

ponunt Adversarii tanquam indubitatum, licet gratia accepta pro effectu actionis divinae insuperabilis non sit, esse tamen huiusmodi, cum pro actione accipitur. *Omnipotens est gratia sumpta pro actione ipsius*. Actioni illi, per quam Deus sui amorem in nobis producere vult, resistere nequit voluntas, seu impedire ne a Deo producat. Immo secundum Anonymum *actioni seu voluntati, quae Deus amorem suum inspirat, voluntatem resistere posse, impium est cogitare*. Intelligit quisvis non disputari hic de virtutibus infusis, cuiusmodi sunt in baptismo parvulorum Theologicae; neque disputari de gratia prima, praeviente, operante, quae, ut ego intelligo, dat facultatem agendi, & primam voluntatis excitationem;

in his enim solus operatur Deus. Agitur de secunda, consequente, cooperante, nimirum de illa, quae producit, ac nobiscum & intra nos efficit actus bonos, & sanctos. De hac quaeritur, an arbitrium posita libertate habeat duntaxat facultatem abjiciendi acceptam, an simul repellendi, seu non recipiendi nondum collatam? Diversa illa nomina, quibus gratia a variis suis effectis insignitur, in causa fuere, cur diverso modo de illa loquamur. Priorem intelligit Concilium Tridentinum c. 5. sess. 6. ideoque quando Generalis Conventualium volebat ut voci: *recipiens* adjungeretur, quippe *in cuius potestate est eam non recipere*, satis duxerunt Patres, poni: *Quippe qui illam & abjicere potest*. Rationem adfert Eminent. Pallavicinus: *Perciocchè il riceverla è nò, non è in poter nostro, facendola Iddio in noi; ma bensì è in poter nostro il gettarla via col dissentire, o l'accettarla col consentire*. Posteriorem verò intelligit idem Concilium c. 7. ubi ait: *Justificari hominem per voluntariam susceptionem gratiae*; quandoquidem, cum doceat susceptionem esse voluntariam, consequens est eam posse repelli. Anonymus referens haec Concilii verba: *Per voluntariam susceptionem gratiae*, profertur exprimi per haec, quod *gratia posita est in inspiratione vitae spiritualis*. Insolens sane versionis genus, ac declaratio ante hunc diem inaudita! Non minus ridicula est illa, quam accommodat his verbis: *Quippe qui & illam abjicere potest*; Siquidem affirmat voluisse his significare Patres, quod quando homini bonus aliquis à Deo inspiratur affectus *la volontà di Dio opera con onnipotenza*. -- Rem itaque totam universè expendendo ego extra dubium esse existimo libertatem arbitrii consistere in utroque; hoc est, tam in potestate repellendi, & non recipiendi gratiam quando à Deo offertur, quam in potestate eam abjiciendi, quando jam est in anima. Quod ultimum cum concedatur, ostendam, quomodo etiam voluntati divinae gratiam conferendi repugnandi potestatem habeat arbitrium; quo fiet, ut *omnipotens illa insuperabilitas* etiam hoc sensu accepta in auras plane ac fumum abeat.

FACILIS multò intelligitur, quod mali obstaculum ponant gratiae in animum intranti, quam intelligatur, quod boni quidam eandem admittant, ac deinde excludant amissam. Qui tentatione infestatur, si gratiam ad vincendum oblatam acceptat, eaque collustratur, superata jacet tentatio. Qui amabo possit ea se privare, eamque abjicere, si jam tum operata est, & vicit? At cum in re dogmatica plus multò valeat autoritas, quam ratio, ordiamur cum Apostolo: *Caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent*. Pergamus cum D. Augustino:

Y y 2

I. p. 27.

Aug. in Pf.
101. n. 11.
de qu. 83.
qu. 68. n. 5.De nat. &
gr. n. 30.

I. p. 30.

I. p. 42.

II. p. 72.

2. Thess. II.

Pertinet ergo ad nos, ut boni simus, accipere, & habere, quod dat. Dixit idem de Judæis: Qui de se præsumentes gratiam repellebant, &

in Christum propterea non credebant. Repellebant eam igitur, neque volebant admittere. Docuit, homines non esse dotatos libertate, ut ea utantur ad repellendum auxilium Divinum. Et ad hoc se intelligant habere liberum arbitrium, non ut superba voluntate respuant adiutorium. Legitur in ipsius operibus sæpius: Si non repellat resistendo quærentem se. Manus ejus ne repellas. Sibi nocet, quisquis resistit voluntati Dei. In quodam sermone: Ut Deus velit dare, debes & tu ad accipiendum accommodare voluntatem. Videtis amabo Lector amice, quantum abfit à vero, quod impium sit dicere, posse voluntatem Divinæ actioni gratiam dare volenti resistere! quanta sit fallacia, & impostura: Che preso il nome di grazia per significare la gratuita volontà, è sia azione di Dio, ne segua che sia irresistibile, non essendovi creatura, la quale possa à Dio vietare il dispensar li suoi doni à chi, e quando gli piace. Totum hoc, quod libertatem arbitrii aboleret, non veratur à creaturâ, veratur ab ipso conditore, qui eam vult liberam. Subjungam etiam hic sententiam quandam decretoriam ex D. Thomâ: Cum hoc sit in potestate liberi arbitrii, impedire Divinæ gratiæ receptionem, vel non impedire, non immeritò in culpam reputatur ei, qui impedimentum præstat gratiæ receptioni. Quis præse magis & accuratè loqui possit? Conducit etiam hic locus ad refellendum id inimpedibile Anonymi. Alibi legitur: Quod causa, quare iste non habet gratiam, est, quia ipse noluit accipere.

epist. 157.
c. 5.
de gr. & lib. arb. n. 24.
epist. 157.
n. 7.
in Pl. 109.
in Pl. 102.
de qu. 83.
qu. 66.
Serm. 165.
n. 2.

Con. Gent.
l. 3. c. 159.

INGEMINAT sæpe adversarius Deum alioqui non fore omnipotentem. Neque enim omnipotens foret Deus, si creatura ejus voluntati vim inferre, aut resistere possit. Sed panicus hic terror est, qui eodem incuti jure possit, cum concedit posse gratiæ animæ à Deo infusæ resisti, posse eam reddi inutilem, & repelli. Qui admittit, donum acceptum rejici mox posse ab homine, qui amabo negabit respui idem posse? Si unum arbitrio permittit Deus, ut liberum relinquat, quidni & aliud permittet? Aut forte non æqualis beneficentiæ Divinæ offensio est nolle uti donis oblati; ac recusare dum offeruntur? Qui resistit producto etiam resistit producenti, quia qui producit, conservat. At inquiet, recusando poni obstaculum omnipotentiae dare volenti. At non ita vult illa, ut arbitrii potestatem subvertat. Adde non solum esse Deum, qui dat, sed esse etiam illum, qui conservat. D. Thomas in quæstionibus disputatis art. ultimo quæstionis 57æ agens de Caritate ita docet: Non autem sic Deus causat caritatem

in anima, ut sit causa ejus solum quantum ad fieri, & non quantum ad conservationem ipsius. Non est autem magis omnipotens, cum dat, quam cum conservat. Conservatio, ut scholæ loquuntur, est continuata productio. Si verò hoc non obstante Deo conservanti sese opponit homo, quidni idem facere poterit concedenti? Consentit adversarius, quod, ut liber sit homo, eundem & retinere, & abicere posse gratiam necesse sit. Quomodo igitur non æquè necessum erit, eam recipi posse & repudiari? En tibi, quod gratiam, nè quidem cum pro operatione Divinâ accipitur, fas sit omnipotentem appellare, & insuperabilem: Extra dubium, consequi Deum quæ vult; at non vult cum potentiâ absolutâ, alio modo, quàm isto; nec vult ea, quæ arbitrium everterent.

CAPUT X.

Quàm præposterè pro se D. Thomam adducat Anonymus.

VIGINTI circiter vicibus adfert dictum aliquod D. Thomæ Anonymus, quod nixus affirmat, non posse doctrinis suis sese opponere Historicum, senza costituirsi Eretico. Dictum autem est hujusmodi: Gratia dupliciter dicitur, uno modo voluntas Dei gratis aliquid dantis, alio modo ipsum gratuitum donum Dei. Hoc autem effatum quo modo ejus faveat systemati, nemo est, qui intelligat. Quod sit, & vocetur gratia etiam benignitas Dei, quando quid gratis concedit, nemo est, qui neger. Negatur autem, hanc gratiam intelligi, quando agitur de gratiâ nobis à Deo concessâ. Præterea non assequitur satis illo in loco significatum vocis hujus: Voluntas, quæ aliud ibidem non significat, quàm favorem, benevolentiam, benignitatem. Quo sensu sapenumero usurpata fuit etiam ab antiquis scriptoribus latinis. Non opus est longam hic Authorum texere seriem, quando videri possunt in lexicis. Verba igitur hæc ita vertenda essent Italicè: Grazia si dice doppiamente; in un modo si chiama così lo stesso gratuito dono di Dio. Quare sapienter ante ceteros omnes in hæc verba monuit Eminētissimus Cajeranus, in utroque membro fieri mentionem de gratuito. Quid autem amabo loco huic cum controversiâ præsentē commune est? Nonne mera amphibologia est velle ex hac sententiâ ostendere, quod cum Dei voluntas sit omnipotens, omnipotens pariter sit gratia?

CONFIRMATUR hoc abunde, si adversarius non haberi dictum hoc, ubi de gratia agit Angelicus, in cujus explorandâ indole primâ secundæ sex integras quæstiones, & 44 articulos insumpsit. Habetur nimirum, ubi disputat de unione hypostatica,

II. p. 69.

an Naturæ humanæ cum Divinâ copulatio evenit per gratiam? Respondere venisse; quia indiget humana natura gratiâ Dei voluntate ad hoc, quod elevetur in Deum.

Qu. 2. art. 10.

Quam quæso affinitatem habet hæc doctrina cum eo quod disputamus in præsentia? Pergit: Si gratia accipitur ipsa Dei voluntas gratiâ aliquid faciens, unio incarnationis facta est per gratiam. At quod demum hinc erui firmamentum potest ad propugnandum, quod omnipotens vocari debeat gratia, quam ipse nobis ad non peccandum largitur? Relata distinctio legitur denuo in S. Thomâ, ubi interpretatur Magistrum sententiarum.

In l. 3. diff. 13. qu. 3. a. 1.

Dicitur dupliciter, uno modo gratia gratis dans alio modo dicitur gratia donum aliquid gratis datum. Verum & illic idem versat argumentum, unde pergit: Secundum ergo primum modum gratia Unio- nis dicitur ipsa Divina voluntas, sine aliquibus meritis naturam filio Dei uniens in Personâ; & sic gratia Unionis est increata.

ALIIS in locis non extat hæc doctrina, ideoque incassum asserit Adversarius, D. Thomam eandem tot aliis in locis tradidisse. Refert quidem illam ipse in tribus aliis locis ex summâ depromptis, sed hallucinatus est; siquidem illis in quæstionibus ex adverso scripsit Sanctus: Secundum communem modum loquendi tripliciter gratia accipi consuevit; & in nullo horum trium appellatur voluntas. Ibidem deinde: Per hoc, quod dicitur homo gratiam Dei habere, significatur quiddam supernaturale in homine à Deo proveniens: quandoque tamen gratia Dei dicitur ipsa æterna Dei dilectio. Omnia hæc omnino adversantur Anonymi ratiocinio, quemadmodum etiam repugnat divisio gratiæ in actualem, & habituaalem. Quæstione sequente: Secundum hoc igitur duplex est gratia, scilicet gratum faciens, & gratis data. Articulo secundo: Gratia dupliciter potest intelligi. Uno modo Divinum auxilium, quo nos movet ad bene volendum, & agendum: alio modo habituale donum nobis Divinitus inditum. Utroque autem modo gratia dicta, convenienter dividitur in operantem, & cooperantem. Et tertio: Dicendum, quod sicut gratia dividitur in operantem, & cooperantem secundum diversos effectus, ita etiam in prævenientem, & consequentem, qualitercunque gratia accipitur. Igitur quocunque modo accipitur gratia, dividi semper poterit in prævenientem, & consequentem; id quod omnibus Adversarii ideis repugnat. Et sanè nunquam reperias à Sancto nostro definitam fuisse gratiam voluntatem Divinam, nec actionem increatam; neque huiusmodi res ab ipso fuisse discussas cum de illâ diserebat, unde nunquam eundem sequi Ducem possumus in permiscendis inter se id genus notionibus. Qui amabo persuadere sibi quis-

quam possit favere D. Thomam ei, qui operationem illam vult insuperabilem, quâ Deus confert gratiam, quando ipse hoc plane modo docuit: Sic Deus movet mentem humanam ad bonum, ut tamen possit huic motioni resistere? Non loquitur hic de effectu producto, sed de ipsâ Dei actione, quæ movet. An persuadebimus nobis post intellecta hæc omnia, quod aliquo etiam sensu potuerit novi systematis insuperabilitatem omnipotentem admittere?

Quodl. 1. a. 7. ad 2.

OPORTET hic seriò advertere animum, quàm in propatulo sit error adversarii, qui ex loco D. Thomæ à se adducto & significationem tam contrariam & diversam habente, impune asserit præcipuas in Quæstionello damnatas propositiones bonas esse, & bellas. De undecimâ differens sic ait: Si rectè voluntas Dei ab Angelico appellatur gratia, ipsa voluntas Dei profectò omnipotens est; adeoque quicquid vult, facit; unde non est improbanda illa assertio. O Paralogismus falsissimus! D. Thomas gratiam appellat voluntatem Divinam: voluntas Dei est omnipotens: Igitur non est reprehendendus, qui gratiam vult omnipotentem. In singulis propositionibus, & præcipue in falsâ consecutione plura delitescunt vitia. Quod S. Thomas bene latine voluntatem vocet benignitatem Dei, quando gratis quid donat, quodque huiusmodi benignitas optimo jure vocetur gratia non facit ad illam gratiam, de quâ sermo est. Quod voluntas Dei, hoc est, quod Deus ipse sit omnipotens non facit, ut ipse velit operando, quod non vult. Posset equidem evertere liberum arbitrium, quod nobis largitus est: At non liber ei hoc facere. Videbis amabo an ex his præmissis ritè deducatur, non igitur reprehensionem incurrere illum, qui affirmat gratiam non esse aliud, quàm Dei omnipotentis voluntatem, qui jubet, & exequitur; & gratiam esse operationem omnipotentis manûs Dei, quæ nequit à quoquam aut impediri, aut retardari. Affirmat adversarius, si propositiones istæ Calvinismum sapiunt, Calvinismum quoque investurum, qui diceret: Deus operatur velle, & perficere; siquidem manifestum est, Deum solâ omnipotentis suæ voluntate operari. Sed producit in nobis bona voluntas à Deo non sine nobis, sitque hoc quin auferatur potestas arbitrio. Unde non operatur per se, & per omnipotentem gratiam. Si per omnipotentiam operaretur, quomodo recipi toties posset gratia in vanum? Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis! Et quis eam aliquando posset reddere irritam? Non irritam facio gratiam Dei. His omnibus positis nonne horrorem incutit, cum circa dictas jam propositiones in Authore Catholico legimus: Non hæc itaque Calviniana labes, & perfidia,

2 Cor. VI, 1

Gal. II, 21

1. p. 98.

sed sana doctrina, & Catholica veritas est, quam tuemur? Quid prodest tueri eas asserendo, non posse me earum laciniam aliquam ostendere in Calvino? Non extant fortè hæc verba apud Calvinum, at extat apud eundem non semel illorum sensus. Quid porro juvat dicere, che escluse quelle parole non est aliud, l'undecima di Quesnel sarebbe sanissima, come fu in bocca dell' Angelico, quasi vero apud Angelicum hæc legeretur propositio, quando nemini non constar, nè extare quidem in ejus libris ullum illius vestigium. Quesnellus ait: Dei jubentis, & facientis quod jubet. Et S. Augustinus: Jubentem, & adjuvantem, ut implere possimus. Notetur diligenter essenziale discrimen. Quid demum propugnare iidem juvat che la decima di Quesnel intesa per volontà di Dio, farebbe un Articolo di fede, quando plures quam unum illa errorem complectitur? P. Berti in Systemate suo Augustiniano ubi in epitomen cogit errores Quesnelli, enumerat præcipuè illum, quod docet quod gratia sit operatio, & voluntas omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare. Quid loquar de illa oppositione Anonymi, quod theses illas sincere considerare oporteat? quasi verò non sincere, nec prout sonant ipsæ aliæque consimiles fuissent proscriptæ? Non est tamen hoc loco prætermittenda gravissima quædam, summique momenti animadversio. Afferit quippe perpetuò & hic & aliis in locis Anonymus, non fuisse propositiones jam dictas, aliásque proscriptas ob ea, quæ enunciant, sed ob virus, quod regunt. Ideo nimirum unicè, quia ipse ad stipulabatur opinionioni Janfenianæ de delectatione indeliberatâ, contendebatque, voluntatem invictè ad bonum, malumque determinari præviâ delectatione indeliberatâ eidem impressâ; Deumque operari ope delectationis indeliberatæ. Jam verò quis in animum inducere suum possit sententias palam, ac aperte erroneas, & non Catholicas non ob malum illud, damnatas fuisse quod in illis nemo non perspicit, sed ob occultam quandam causam indeliberatæ delectationis, quam nemo in eis, deprehendit, nec deprehendere quidem posset, cum nec in omnibus propositionibus damnatis, nec in toto Quesnelli libro defenditur, quid? quod nè nominatur quidem delectatio indeliberata. At inquit adversarius ad hoc credendum satis fore, quod sciamus Quesnellum fuisse ex asseclis Janfenii. Verum hic vehementer hallucinatur, aut quod non habeat, aut nolit videri compertum habere systema Janfenii. Quemadmodum Pelagianus deseruerunt post aliquod tempus primas suas assertiones, easque commutarunt cum aliis nonnihil subtilioribus, minúsque in speciem odiosis, ita & fecere Janfeniani. Re-

posuit primò Janfenius consistere gratiam in delectatione indeliberatâ, idémque defecerunt primi ejus sectatores. At ubi postmodum viderunt quàm vanum, ac cariosum foret hujusmodi principium id deseruere, & defecerunt ad eos, qui volebant eam consistere in actione Dei increatâ. Rem itâ se habere Quesnellus ipse abunde demonstrat, cum in omnibus suis libris neminam quidem de delectatione indeliberatâ injecit mentionem, ac proinde contra evidentem veritatem asserit adversarius, quod ipse gratia naturam in delectatione indeliberatâ collocet, e che non riconosce altra grazia, fuorchè la dilettazione indeliberata; dum planè è contrario ubi gratiam definiit, eam semper appellavit operationem omnipotentem, & voluntatem omnipotentem Dei. Dei gratia nihil aliud est, quam ejus omnipotentis voluntas. Gratia est operatio manûs omnipotentis Dei &c. Hæc igitur est opinio quæ reprobata fuit in Bullâ, cum hanc professus sæpe fuerit, ac celebraverit Quesnellus, non illam de delectatione indeliberatâ, quam repudiavit, idèoque nè appellavit quidem. Magnum quid se molitos aurumabant Janfeniani, quando gratiam ad Dei operationem reducerant; credebant quippe hoc se artificio in tuto collocâsse gratiam insuperabilem, inimpedibilem, omnipotentem. At non adverterunt se hoc pacto à gratiâ de quâ disceptatio est, dilabi ad aliam, quæ non est disputationis & tractatum argumentum; neque observarunt, ne hoc quidem sensu eam appellandam esse gratiam, propterea quod Deus volens arbitrium esse liberum non exserat in voluntates suæ vim omnipotentis, sed relinquat in nostrâ potestate recipiendæ, vel respuendæ gratiæ facultatem, quemadmodum diximus capite nono.

CAPUT XI.

Censet Anonymus, gratiam utroque sensu esse necessitantem.

Ex eo, quod novum hoc systema ad septem præcipua capita reducerim, nolim quis inferat, non alios binis hisce libris contineri errores. Accingo me jamjam ad recensendos alios, eosque non paucos, quibus errores jamtum relati aut confirmantur, aut augentur, aut multiplicantur. Ac primo quidem loco pono, quod gratia sic necessitans: quibus verbis magis declaratur, quod sit insuperabilis, & omnipotens. Non asseruit quidem id disertè Anonymus, hoc ipso utens vocabulo in libro primo; at id exprimit in secundo, in quo vicissim videri posset lenioribus canere tibiis; quando quidem sub initium legitur, quod si perperam explicuisset sensa sua in libro primo hæc carta di procura di rixattar tutto, volendo (l'auto-

II. p. 6. (l'autore) che si abbia per ritrattato. Sed ipsa non modò non retractat, sed confirmat, mirumque in modum auget omnia. *Necessitantem* nunquam nè ipse quidem Jan- senius vocavit gratiam, unde ex hac parte non tam pone sequi vestigia videtur, quam prævertere. Verum est, quod Anonymus

II. p. 29. eam dicat necessitantem *con necessità ipotetica, e di conseguenza*. Verum SS. Patres non eam dixerunt necessitantem uno sensu, & negarunt alio; sed in nullo unquam. Om- nem omnino necessitatem excludit Augusti- nus scribens contra Pelagium: *In rectè fa- ciendo ideo Nullum est vinculum necessitatis, quia libertas est Caritatis*. Contra Faustum:

De nat. & gr. n. 78. Ut liberum arbitrium voluntatis ab omni

Con. Faust. vinculo necessitatis vindicemus. Et alio libro:

I. 2. c. 5. Nam si necessitate id fecisset, nullo modo pec-

De ver. rel. n. 28. cati crimine teneatur. Necessitatem natura-

I. 1. c. 16. laudavit, inventas fuisse distinctiones de neces-

Inst. I. 2. c. 2. n. 8. sitate secundum quid, & absolutam consequentis,

& consequentiae. Unde idem tibi habes idio- ma. Et tamen Calvinus adeò fuit libertati inimicus, ut desiderasset velesus nomen abo- leri. Noster Author non supponit duo il- la principia necessitatem inducentia, quæ à quibusdam supponebantur hæreticis, sed docet, quod producat vi actionis Divinæ, unde eadem hinc fluit consecutio. Non videtur reliquus esse locus Catholicæ ex- plicationi quando ait ibidem, che nascela ne- cessità dall'esser necessario, che segua quel, che l'onnipotente volontà di Dio vuole, che segua.

II. p. 29. Quis enim non dicet, habere igitur illam ipsum pro insuperabili, & absolutà neces- sitate? Item quando scribit, quod ipsa ex necessaria actionis cum proprio, & proximo ter- mino pendet, ac ducitur. Quis non dicet ve- ram hanc esse, & positivam necessitatem.

I. p. 24. VERUM hic demum Anonymus liberè ac palam à se abdicat omne artificium pro- fitendi, quod secundum ipsius systema ta- met si resistere nequeamus actioni Divinæ, possimus tamen resistere termino in nobis à Deo producto. Planè, inquam, id à se ab- dicat, quia declarat, che intendendo poi col nome di Grazia il bene in noi prodotto dalla Divina azione cioè l'amore & la fede anche in questo senso è parimente necessitante con ne-

II. p. 29. cessità ipotetica, mentre supposto, che la volon- tà ami e creda, è necessario che ami e creda. Observentur hic primum ludi quos nobis dat, cum necessitatem repetit ex hypothe- si, quod res sit, ac proinde idem eodem tem- pore non possit esse, & non esse. Hoc pac- to in omnibus erit necessitas. Posito, quod amet homo, certum est, quod tum amet: verum hoc hic non agitur. Inquiritur, an amor inspiretur ope gratiæ, an *ἀπὸ τοῦ* seu immediatè à Deo, ita, ut amet necessitate

contractus insuperabili, & passiva. Omni- to, quod hoc modo etiam confundatur gra- tia cum fide, & caritate.

RETULIT in primo suo libro Adversa- rius tanquam verba D. Thomæ ad actionem Dei statim & ex necessitate sequitur effusus. Verum accidit ut nec apud D. Thomam lo- co relato, nec apud alium quempiam scrip- torem reperiantur. Reponit in sua Defen- sione, ea ibidem haberi, refertque denuo pa- ragraphum 44. tum, qui in illo articulo ter- tio, & in quæst. 3. de malo non habetur. Re-

De malo fert duo loca separata, quæ vult conjungi. Qu. 3. a. 3.

Verum nec unus nec alius locus habet hæc verba: *Ad actionem Dei*, quæ potissimum ad rem faciunt. Quomodo igitur fieri po- test, ut quis contra facti veritatem, & ocu- lorum testimonium conetur disputare? D.

Thomas articulo illo docet, quod *motus vo- luntatis directè procedit à voluntate, & à Deo*. Quæ veritas toto Cælo distat ab eo, quod evincere ibidem cuperet adversarius. Quid loquar porro de perstricta paulò ante ne- cessitate, quam inde ducit, quod non pos- sit non esse, quod re ipsa est? *Ex hypothesi, quod Deus voluntatem moveat, necessario con- sequitur voluntatem moveri*. Hinc nimirum erendum est, quod gratia sit necessitans?

Ad melius adhuc intelligendum nostrum Anonymum adeatur quæto locus, ubi ita

disserit: *Se lo Spirito Santo c'infonde il suo*

amore, e la fede, necessariamente bisogna, che

la volontà ami, e creda. Et paulò post: *Quell'*

amore non è altro, che la determinazione stessa

della volontà. Credit satis consulturum se

causæ suæ, si dicat postmodum, necessita-

tem hanc esse consequentem, Deumque mi-

ro atque inexplicabili quodam modo face-

re, che la volontà stessa liberamente si deter-

mini à produrlo. Verum non possunt con-

sociari duæ hæc propositiones, atque illa sua

admirabilitas in antilogiam d' generat. Ut

intacta consistat libertas, necesse est ut ope-

rante in animà Spiritu Sancto, non destrua-

tur facultas ad oppositum: At si ex sua amo-

ris, & fidei inspiratione nascitur insupera-

bilis amandi, & credendi necessitas, quod

idem sonat, ac si ipsos actus infundat, op-

positum agere impossibile est; destructaque

jacet facultas ad oppositum. S Bernardus

ex adverso ait: *Quotoscunque trahere, vel*

compellere videatur ad salutem benignus Pa-

ter, qui omnes vult salvos fieri, nullum tamen

judicat salute dignum, quem ante non proba-

verit voluntarium.

ESSENTIA arbitrii est facultas se deter-

minandi. Si igitur amor infusus altro non è,

che la determinazione stessa della volontà,

quemadmodum affirmat adversarius, ipsa

quoque determinatio infunditur, ac pro-

inde homo non liberè, sed patiendo se de-

terminat. Manifestum est, quod amphibo-

logiam admittat, confundens inter se infallibilitatem, & necessitatem absolutam; amare & credere infallibiliter, cum tamen amare & credere necessariò. Posset se tueri, si explicuisset, quod sit quidem necessitas infallibilitatis, non coactionis. Quia hoc etiam modo locuti fuerunt viri Catholici. Imò dixit aliquando D. Thomas: *Habet necessitatem non quidem coactionis, sed infallibilitatis.* Quo significatur non esse necessitatem propriè talem. Verùm noluit sibi metipsi refragari, & iis, quæ alibi declarat. Catholici tamen variis ideis loquantur de certitudine, atque infallibilitate actuum ortà ex gratiâ efficace, nunquam tamen dicunt, quod veram illa, atque insuperabilem inferat necessitatem. Adjecta illa vocula *hypothetica* significat, rem esse, quando est, ex quo nihil efficitur. Aut fortè indicare vult, nasci necessitatem ex eo, quod Deus amorem infundat actualem, quin permittat arbitrio facultatem sese opponendi. Et jam posito uno falso aliud inde consequi necessè est. Verùm prima hypothesis est imaginaria; cum Deus actus non infundat immediatè, & tollens potentiam ad oppositum. Hoc modo alia in vitâ non remaneret libertas, quàm Janeniana, & Calviniana; quæ nimirum conciliatur cum necessitate absolutâ.

CONCORDAT cum iisdem principiis, quod velit Anonymus, gratiam adferre secum absolutam, & omnimodam Dei voluntatem. Dixerat historicus: *Che siccome abbiamo nella scrittura, che iddio, quanto à se vuol tutti salvi, e pure non si salvan tutti, perchè il suo volere non è assoluto, talechè l'arbitrio nostro ne resti tolto &c.* Accusat id tanquam gravem errorem Anonymus, exclamans: *Ergone absoluta Divina voluntas incommodat arbitrio?* Allegat in contrarium ad fidem, planè quasi etiam ex eo, quod Deus nos nasci fecerit Christianos, aliquam sibi partem vendicaret arbitrium. Adducit, etiam Pelagium voluisse, voluntatem, quâ Deus nos salvos vult, esse conditionatam. At conditio volita, à Pelagio illa erat, quod salvaret Deus, si homo solius naturæ viribus nixus opem ipsius imploraret, flagitarètque. Quanto hæc intervallo distat à dogmate Catholico? In crimen vocat historicum, quod scripserit *absolutam Dei voluntatem* omnem arbitrii elisuram esse potestatem; siquidem scripsit D. Augustinus, arbitrium *ne in beatis quidem illidi, ut ut eorum voluntas peccare nequeat.* At nonne in eodem Augustino legit: *Vult autem Deus omnes homines salvos fieri, non sic tamen, ut eis adimat liberum arbitrium?* Nunquid luculenter hinc apparet, censuisse ipsum, omnem arbitrii cessaturam facultatem,

ubi absoluta interveniret voluntas Dei? Quis Catholicorum inficiabitur non esse re ipsâ in Deo voluntatem antecedentem salvandi omnes homines? Quis vicissim inficiari poterit, tot homines salute excidere? & quis non videt, non igitur absolutam, non determinatam esse huiusmodi in Deo voluntatem? At videamus, quæ sit illa absoluta, ac determinata voluntas Dei, à quâ adferri gratiam vult Anonymus! Dubitare de ejus mente non possumus, quando adjungit, etiam beatos non facere jacturam arbitrii, tamen nequeant peccare. Censet igitur, quod gratia omnino tollat potentiam peccandi, eoque in statu collocet homines, quo relatè ad hoc sunt beati.

ADVERTAMUS hic sagacem illam, at inutilem medelam, quam adferre solet atque intrudere. Post omnia enim hæc pronunciat, hominem nihilominus operari libere, & liberè se determinare, quoniam id sequatur modo quodam mirabili. Verùm mirabile illud debet esse ejusmodi, ut non implicet contradictionem. Asserere, quod homo operetur liberè, postquam quis dixit, quod operari eundem faciat voluntas Dei adeò absoluto, ut impossibile ei reddat peccatum perinde ac impossibile est beatis in Cœlo, est affirmare idem simul & negare; estque evertere re ipsâ arbitrium, factò duntaxat verborum fūco. *Id mirabile* in eo situm est, quod gratia efficax certò, atque infallibiliter obtineat effectum, quin tollat facultatem ad oppositum; non autem in eo, quod inter se copulet antilogias nullius veri capaces.

CAPUT XII.

Anonymus reprehendit, & inculcat eos, qui tuentur Christum orasse, & mortem appetuisse pro omnibus.

POSSEM equidem animadversiones meas, quas breviter expediam, omnes etiam confirmare Theologorum cujuscvis scholæ Authoritatibus; planè sicut feci in materia de gratia sufficiente, & de libertate indifferentiæ: Verùm supervacaneum id esse existimo cum quod in nimiam molem hæc lubricatio excreveret, tum quod proprio quivis Marte in virorum ante relatorum, omniumque ceterorum Operibus id possit, si legendi in se suscipere laborem voluerit, deprehendere. Notum in vulgus est, quantà contentione, & studio conati fuerint sectarii extra Italiam propugnare, quod servator non mortuus fuerit, nisi pro illis, qui re ipsâ consequuntur salutem, quodque pro iis etiam solis preces fuderit. Janenius de gratiâ Christi: *Pro istis in æternum vivandis mortuus est, pro istis rogavit Patrem suum, non pro ceteris.* Altè magis Quesnellus in 23tiâ inter proscriptas:

Jesus

v. 2. qu.
112. a. 3.

IR. p. 67.

1. p. 77.

De Sp. &
lit. n. 58.

l. 3. c. 11.

Iesus Christus se morti tradidit ad liberandum pro semper suo sanguine primogenitos, id est electos. Non potuit non historicus hæc de re dicere aliqua, cum retulit illud scripturæ:

Rom. VIII, 32.
I. Jo. II, 2.
de Civ. Dei
I. 2. n. 6.
Serm. 292.
n. 4. 347.
n. 4.

Pro omnibus tradidit illum; Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed et totius mundi; item cum addaxit illa Augustini: Pro omnibus vivis mortuus est unus. Salvator est omnium hominum, ergo et Joannis sanguis Domini et c. semel dedit, et pro omnibus dedit. Inutile foret respondere ad difficultates, & loca in speciem contraria, posteaquam id à tot viris Catholicis præstium est. Non impugnatur quidem apertè hoc dogma Anonymus, immò aliud planè sibi propositum esse testatur; quidquid tamen adfert, contrarium planè evincit. Unde incautè aliquando ait: Che il prezzo fù più che bastante à liberar tutti quelli, che ne accettano l'offerta, quasi sufficiens non fuisset generatim pro omnibus.

II. p. 106.

SCRIPTI in historià, che il salvatore pregò più volte talmente per tutti, che spiegò di pregare anche per gli scelerati; in cuius rei confirmationem adduxi verba Isaia: Et pro transgressoribus rogavit. Adversarius paragræphum suum 106 orditur dicendo; quod Author historiæ hæc verba ad institutum traducere cum vellet, ubi Christum pro omnibus orasse contendit. At quis demum inquiet verborum illorum Prophetæ sensum istum non esse, ita ut ea torquere ad propositum necesse fuerit? Et quis Catholicorum me reprehendet, si ex his contendo, Christum orasse pro omnibus? Addit, historicum ad id comprobandum uti loco S. Augustini, quem subdole mutilat, quia si ad unguem integer apponeretur, expositam sententiam everteret. Hoc nimirum est solitum ipsius perfugium, ut se defendat contra auctoritates maximè luculentas, atque illustres. Oportet itaque vel invitum etiam me totum, quantum est, huc locum illum transcribere. Magnum enim facinus erat, cuius consideratio illos faceret desperare; sed non debebant desperare, pro quibus in Cruce pendens Dominus est dignatus orare. Dixerat enim: Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Videbat quosdam suos inter multos alienos. Illis jam petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat injuriam: non enim attendebat, quod ab ipsis moriebatur, sed quod pro ipsis moriebatur. Prætermisi in citatione huius loci ad marginem ea, quæ ad rei summam intelligendam non erant necessaria, indicando tamen ubi omiſsa quædam verba essent. Affirmat adversarius, quod verba hæc: Dixerat enim Pater: ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Videbat quosdam suos inter multos alienos. Illis jam petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat injuriam, fuerint à me malò dolo suppressa, quia Orationem Christi non pro omnibus, non pro alienis, sed pro suis solum indicant. Ita denuo in sua Defensione mihi exprobrat la maliziosa mutilazione del testo, volendo io provare, ch'egli prego per tutti, quando ivi il santo dice, che petebat veniam pro suis, che tanto importa quella particola relativa Illis.

ibid.

Quis amabo credere posset extare huiusmodi assertiones, & ratiocinia, nisi legerentur typis excusa? De illis agatur, qui licet cruci affixerat servatorem, despondere tamen animum non debebant, quia pro illis in cruce pendens Dominus est dignatus orare. Videbat Redemptor è cruce turbam carnicum & licetorum, videbat etiam quosdam accurrentes discipulos, quos inter erat S. Joannes. Cum vidisset ergo IESUS matrem, & discipulum stantem. Hinc S. Augustinus: Quosdam suos inter multos alienos. Controvertitur nunc, an hic dicat Sanctus, quod tunc orarit pro discipulis, an verò pro tormentoribus. At qui amabo id disceptari potest, cum concludat: Non enim attendebat, quod ab ipsis moriebatur, sed quod pro ipsis moriebatur? Qui in dubium vocari potest, an dicendo illis intellexerit suos, an verò alienos, quando disertis verbis explicat; illis petebat veniam, à quibus accipiebat injuriam? Quomodo potest tò illis torqueri ad significandum suis, cum idem sit, cum eo, quod priùs positum est. Pater ignosce illis; & cum tò illis non solum, ac nudum maneat, sed illis à quibus accipiebat injuriam? Adjungit Adversarius in defensione. E parimente falso, che nel Trattato 110 dica il santo, che Cristo orasse per tutti. Jactatque non potuisse me hoc demonstrasse con questo Trattato. Verum non usus fui isto ad hoc demonstrandum, at certè pluribus aliis. Et quia unus duntaxat locus adducitur, ad persuadendum, quod crediderit S. Augustinus, Christum non orasse pro omnibus, disserui in hunc modum: Nord in quel istesso luogo, come quel medesimo Signore, che disse una volta di non pregar per lo Mondo, pregò il Padre, perchè il mondo credesse, e perchè diventino tutti una cosa sola. Desiderò adunque, che s'illuminasse ognuno, perchè neminem singulorum præterit, qui orat pro universis, uti habet serm. 273. n. 4. Quilibet lector prudens faciliè intelligit, quantà contentione, & nisu opinionēs non Catholicæ in re præsentī sustineantur ab Anonymo.

CONFIRMATUR id ipsum eadem certitudine, ubi opponit, quod ego ut eruerem Christum mortuum esse pro omnibus, lacerem, ac mutilum textum S. Prosperi, quo ait evinci planè contrarium. Laniat textum I. p. 147. D. Prosperi, quo Christum pro omnibus impius obisse conficiat: quæque ei dem adjacent verba, nescio quā licentiā dissimulat, thesaurum enim à se propositam dirunt. En autem ip-

Jo. XIX, 26.

CONFIRMATUR id ipsum eadem certitudine, ubi opponit, quod ego ut eruerem Christum mortuum esse pro omnibus, lacerem, ac mutilum textum S. Prosperi, quo ait evinci planè contrarium. Laniat textum I. p. 147. D. Prosperi, quo Christum pro omnibus impius obisse conficiat: quæque ei dem adjacent verba, nescio quā licentiā dissimulat, thesaurum enim à se propositam dirunt. En autem ip-

CONFIRMATUR id ipsum eadem certitudine, ubi opponit, quod ego ut eruerem Christum mortuum esse pro omnibus, lacerem, ac mutilum textum S. Prosperi, quo ait evinci planè contrarium. Laniat textum I. p. 147. D. Prosperi, quo Christum pro omnibus impius obisse conficiat: quæque ei dem adjacent verba, nescio quā licentiā dissimulat, thesaurum enim à se propositam dirunt. En autem ip-

Hist. p. 403.
Resp. ad
Gall. c. 9.

sum textum: Cum itaque rectissime dicatur saluator pro totius mundi redemptione crucifixus, propter veram humanæ naturæ suspensionem, & propter communem in primo homine omnium perditionem, potest tamen dici pro his tantum crucifixus, quibus mors ipse profuit. Feci notam hanc &c. à verbo crucifixus ad verbum potest; quia summa, ac caput loci hoc erat, quod spectato effectu possit etiam dici mortuus pro iis duntaxat, quibus mors sua profuit: Spectato autem fine Servatoris, & valore, & oblatâ cuius eâ utendi potestate, verè sit mortuus pro omnibus. Quare autem hæc verba thesin à me propositam diruant, dum eam potius confirmant, & demonstrant? siquidem ex eo, quod omnium assumpserit naturam, monstratur, etiam omnes huius naturæ fuisse ab ipso redemptos; & ex eo, quod communis fuerit omnium ex primo parente ruina, monstratur commune etiam omnibus quoad virtutem præsto fuisse remedium, nimirum redemptionem. Addit insuper, responsionem D. Prosperi è diametro pugnare cum eâ thesi; quia in hac habetur, dici mortuum pro salute totius mundi, quia non solum ex Iudeis, sed etiam ex gentibus dispersos Israel in unam Ecclesiam congregat. At cur amabo inde deducatur, censuisse D. Prosperum, quod Christus non orârit pro omnibus, nec mortuus fuerit pro omnibus? Apparet in illâ, non solum ipsum subiisse mortem pro Iudeis, sed etiam pro Paganis. Aut forte Servatoris ætate non continebantur omnes homines binis hisce nominibus? Omnia autem hæc ne ullâ quidam voculâ mitigat, neque ullo modo innuit non stare se à Janfenianis, nec serio se Catholicam impugnare doctrinam. Quid? quod citra ruborem affirmat, non fuisse in hac sententiâ D. Prosperum, hancque esse opinionem Semipelagianam. En tibi ejus verba: Quælorâ ille santo avesse creduto, che il salvatore fosse morto per tutti gli empi, come pretendevansi da Semipelagiani &c. En tibi etiam Janfenii: Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus hominibus mortuum esse.

CAPUT XIII.

Anonymus non intellexit hæresin Pelagii.

PERMAGNI sanè refert hanc in re intelligere bene hæresin Pelagii, à quo cerè longissimè abest Anonymus. Affirmat ipse sæpenumero, historicum esse Pelagianum, imò Pelagium, & Julianum docuisse sententias multò magis Catholicas, quàm ipsum. Historicus sexcentis in locis adducit auctoritates, quibus comprobet, Deum in nobis producere bonas volitiones, nec posse nostrum quempiam se convertere ad bonum supernum, nedum operari, nisi per gratiæ virtutem. Ostenduntur hæc omnia

fusè libri proximi capite primo. Jam verò si ita sensisset Pelagius, quis non vider ipsum fuisse vel maximè orthodoxum? Verùm hallucinatur turpissimè Anonymus, quando ad id sibi persuadendum ex eo inducitur, quod hæreticus ille professus fuerit admittere se revelationes interiores, & excitationes voluntatis, reponens, Pelagianos multas admisisse gratias interiores. Etiam illuminatio per doctrinam certò est gratia; & propositio præmii amplissimi est interior excitatio voluntatis. Verùm ista est excitatio moralis, non physica; est motus excitatus viribus naturæ, quemadmodum etiam moveretur amicus bonis sibi propositis rationibus. Non est hoc agere in animâ per virtutem supernam, neque facere ut reipsâ operemur. Quidquid etiam concederet Julianus, id tamen ut admitteret, impetrare nunquam à se potuit. Adde, quod nè quidem de gratiis à se admissis dixerint unquam Pelagiani, necessarias illas esse ad omnem actum meritorium; quod tamen erat punctum maximè cum Catholicis controversum; sed juvare solummodo ad faciliè operandum. Quomodo igitur asserere potest adversarius, admisisse Pelagium non solamente il dono del credere, mà di quanto possiam mai fare, e pensar di bene esser opera di Dio? & quod fieri omne bonum à Deo realiter, ac verè idem sit, ac ne' nostri cuori, e nelle volontà nostre egli è, che l'opera, e lo produce, poteratne etiam secundum ipsius doctrinam? Cum habeatur in historiâ, che vivoglerci à Dio non possiamo, se non per suo eccitamento, e col suo aiuto, asserit, che da Pelagio, e da Giuliano si è detto altrimenti, e qualche cosa di più. Quando habemus ex Sancto, quod omnis inter illos dissensio sublata fuisset, modò admittere duntaxat voluisset etiam ipsam voluntatem, & actionem Divinitus adjuvari, ita ut sine ullo adjutorio nihil velimus, & agamus, non tamen veretur ipse denuò asserere, confessum fuisse Pelagium quella grazia preveniente la quale eccita, e dà il potere. Ideâ autem adeò inaudita adeò falsâ de Pelagianismo imbutus cum sit, mirum non est, si Historicum, Muratorium, Prædicatores, Theologos Scholasticos, & mundum pene universum Pelagianis accenseat.

NON videtur inspexisse Augustinum, apud quem sæpius legere est: Pelagius nec voluntatem nostram, nec actionem Divino adjuvari credit auxilio; sed solam possibilitatem voluntatis, atque operis. Et ex quo habemus teste eodem, suis viribus semel in origine suâ creationis acceptis posse hominem superare tentationes, nihil ulterius adjuvante gratiâ; & habemus asseruisse Pelagianos, sufficere homini liberum arbitrium ad Dominica præcepta implenda, etiam si Dei gratiâ & Spiritus Sancti dono ad opera non adjuvetur. Affir-

I. p. 42.

II. p. 45.

II. p. 45.

de gr. Chr. n. 52.

II. p. 57.

De gr. Chr. n. 6.

epist. 177. n. 1.

Aug. ep. 157. n. 4.

mat adversarius, non negasse Pelagium, quod *Deus operetur in nobis velle, quod bonum est*: At reicit, quod ubi id dixit Pelagius, mox declararit, quod operetur *prætorum pollicitatione*; aliisque ejus generis mediis, non autem talem voluntati concedendo virtutem. Citat in confirmationem hujusrei librum S. Augustini *de gratiâ Christi*; in quo planè contrarium asseritur; refertque verba ex cap. nono, quæ non ibi habentur, & in quo ex adverso legitur: *Quid enim juvat Pelagium, quia diversis verbis eandem rem dicit, ut non intelligatur in lege, atque doctrinâ gratiam consistere, quâ possibilitatem naturæ asserit adjuvari*? Paulò post: *Cum diu asseruisset non adiutorio Dei, sed ex nobis ipsis in nobis effici voluntatem bonam*. Et deinde: *Quid manifestius, nihil aliud eum dicere gratiam, quâ Deus in nobis operatur velle, quod bonum est, quàm legem, atque doctrinam*? Hæ sunt autoritates quibus comprobatur Anonymus, docuisse Pelagium, Divinam gratiam vi sua interiori agere, & bonum producere in animis, & voluntatibus. Affirmat præterea, non negasse Pelagium *che Dio produca in noi li buoni pensieri*.

Quod, si usquam dixissent, intellexissent semper virtute doctrinæ, exempli, legis, non verò supernâ, & interiori impulsu. Cum tandem aliquando Pelagius, quod hominibus imponeret, concesserit, Deum dare posse, & operari in nobis velle, vult adversarius nihil plus dictum fuisse ab Historico. Verùm non feliciter satis assecutus est verborum istorum sensum. Quando ipse agebat, quod Deus *det posse*, intelligebat potestatem naturalem, nobis congenitam. *Posse in naturâ, velle in arbitrio*. Et quando agebat, quod operetur velle, intelligebat, quod illud eliciat promissione præmii, & doctrinâ. Non autem, quod ipse operetur, nec quod det auxilium internum nec ad volendum, nec ad operandum. Unde hic Augustinus: *Hanc autem possibilitatem in naturâ eum ponere de verbis ejus superioribus clarum est*. Ac demum liquidò satis apparebat, hanc eum gratiam confiteri, qua demonstrat, & revelat Deus, quid agere debeamus, non, quâ donat, atque adjuvat, ut agamus.

Ex eo quod Anonymus contra omnem veritatem sanissimam doctrinam tribuat Pelagio, consequi modò videmus, quod ob dogmata illorum præcipua Pelagianismi postulet Catholicos. Ex Historico hanc recitat sententiam: *Si richiede prima la Divina Grazia, e poi anche l'opera nostra ci vuole*. Et subdit: *Pelagianum aliquem mihi audire videor*. Alio loco hanc Historici sententiam non admittit: *Ci si vede il dover col Divino ajuto operar liberamente l'uomo ancora, perchè l'illuminazione dello Spirito Santo, e l'ec-*

citamento abbia effetto. Asserit itidem con-

venire Historicum cum Pelagianis, ob suæ gratiæ prævenientis commentum. Asserit, Muratorium fuisse Pelagianum, quod supponeret *che la libertà consistesse nel poter volere, e non volere, eleggere, e non eleggere*. Nemo non videt, nos hæc ratione, Deo sint laudes, Pelagianos esse omnes, fuit autem talis speciatim D. Thomas, qui toties docuit liberam electionis facultatem, & quod *in voluntatis potestate sit velle, vel non velle*. Nec minùs fuit S. Augustinus, qui scripsit: *Qui dedit hominibus potestatem faciendi, quod bonum est, & non faciendi, quod malum est, ac sæpius recitavit ex Deuteronomio, & Ecclesiastico. Ante hominem vita, & mors. Ad quodcunque volueris, extende manum tuam, & alia hujusmodi*. Autoritates quippe, quæ non minùs displicuere Calvino, unde scripsit de 6tâ sessione in Antidoto. *Sublata enim post lapsum primi hominis eligendi libertate &c.* Ridebatque Patres Concilii, quod constituerent hoc in hominis optione ut Dei inspirationi, si velit, ausculet. Quæ etiam frequenter rider Anonymus.

OPPORTUNE hic notanda venit falsa, & artificiosa definitio liberi arbitrii, quam sculpsit adversarius. Definit nimirum id *humanae mentis facultatem, quâ ea eligit voluntas, quæ non eligere potest*. Hoc autem ad libertatem non sufficit: Oportet, ut & hoc & illud amplecti possit. Ac loquendo e. gr. de electione statûs, non sufficit ad libertatem, ut quis unum eligat, dum potuisset eundem non eligere. Oportet ut possit eligere, quem velit. Non ita liberum arbitrium definiit Augustinus; sed tale voluit, quod *huc atque illuc liberum flectitur*; quodque foret *illa media vis, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem potest*. Et D. Thomas in hunc modum: *Ex hoc liberi arbitrii esse dicimur, quod possumus unum recipere alio recusato, quod est eligere*. Inter homines viatores ille liber non est, qui non habet facultatem ad opposita, intellecto semper auxilio gratiæ, ut ad bonum meritum se possint erigere.

PRÆTERMITTENDUM non est, in quo demum reponat Pelagianam hæresin. Affirmat itaque *che solamente negavano, che dovesse riporsi trà li doni gratuiti la Carità*. Declamitat, totam semper controversiam semper fuisse de Caritate. *Gratia de quâ adversus Pelagianos agebatur, consistit in operatione, quâ Deus in cordibus nostris diffundit Caritatem*. Contendit universam controversiam Pelagianos inter & Catholicos fuisse hoc unico articulo comprehensam, an nimirum Caritas veniret à Deo, an à voluntate? *A questo sol punto ridotta ab ipso sæpe prædicatur*. Sanè videtur adversarius, Virum nomen suum inter Theologos profitentem rationari in hunc modum! Non negabatur

igitur à Pelagianis peccatum originis? non negabatur necessitas baptismi? non docebatur peccatum Adæ nocuisse ipsi, non item posteris? & naturam de cætero non esse depravatam? & hominem posse vivere sine peccato? Dei auxilium consistere in subsidiis externis? non esse cur oremus Deum, ut nobis opem ferat in superandis tentationibus? non posse divitem consequi salutem nisi nuncium remittat opibus? non venisse mortem ex peccato, sed à naturâ? gratiam pendere ex meritis? & arbitrium non fore liberum si Dei indigeat auxilio? Quâ igitur fronte dici potest, unicam cum Pelagianis controversiam fuisse de Caritate? Aut fortè cum Pelagius asseverabat, vires naturæ se ipsis ad salutem æternam sufficere, intelligebat duntaxat ad consequendam caritatem? An concedebat forsitan ille, quod fides, quod spes, quod virtutes Christianæ ethicæ, quod superationum, quod sanctæ cogitationes, & bona voluntas inspirata, atque interius producta sit à Deo? quis ignorat voluisse ipsum, ad nullam operationem meritoriam requiri interiori gratiam, & prædicasse, ad mandata servanda, & implenda nullo Divino adjutorio nos egere? Quis ignorat, nè credidisse quidem opus esse, ut ad bene vivendum opem imploremus Divinam?

Aug. ep.
178. n. 1.

ep. 217. n.
29.

II. p. 10.
& 57.

de gr. & lib.
arb. n. 57.

de don.
perf. n. 54.

quippe omnia ad fidem piâque vitam hominum pertinentia ita tribuunt libero voluntatis arbitrio, ut habenda ex nobis, non à Domino putent esse poscenda. Quis ignorat, nunquam fuisse de caritate in specie cum Pelagianis disputatum? Falsissimum est, che della produzione di questo amore trattavasi cò Pelagiani. Profert Adversarius, che questa è l'unica gratia, cujus necessitatem à Pelagianis admittere voluerit Augustinus. Non igitur volebat, ut eam quoque faterentur necessariam ad fidem, & alias virtutes, & ad omnes actus bonos? Unicum suum argumentum est sequens locus; quem idcirco frequenter adfert: Unde est in hominibus caritas Dei, & proximi, nisi ex ipso Deo? nam si non ex Deo, sed ex hominibus, vicerunt Pelagiani, si autem ex Deo, vicimus Pelagianos. Quis autem non videt idem potuisse Sanctum dicere de fide, de victoriâ tentationum, & quâcunque virtute Christianâ? Si enim harum aliqua inferitur animo per homines, & non per Deum, vicerant pariter Pelagiani. Docuit sanè vir sanctus in libro de Perseverantiâ: Quoniam si à nobis esse dicimus initium fidei, ut ex eo cetera Dei dona mereamur accipere, concludunt Pelagiani, gratiam Dei secundum merita nostra dari.

CAPUT XIV.

Alii errores hujus Systematis, & hujus Authoris.

SECUNDA ex Quesnellianis proscriptis fuit hæc: JESU Christi gratia, prin-

cipium efficax boni cujuscunque generis necessaria est ad omne opus bonum: absque illâ non solum nihil fit, sed nec fieri potest. Omnis Theologus videt, plures in hac propositione errores involvi: quod alia non detur gratia, quàm efficax, hoc est actu operans; quod eadem sit necessaria ad omne opus bonum etiam naturale, & non meritorium, quodque sinè ipsâ non modò non fiat quidquam boni, sed nè fieri quidem possit. In hac ita commentatur Adversarius: Non potè mai persuadermi, che la condanna della seconda di Quesnello sia condanna della proposizione del salvatore: Sine me nihil potestis facere: Poichè senza il Divino ajuto non solamente non si fa, mà nè pur si può fare alcun bene. Verum non dixit Quesnellus: Sinè adjutorio Divino; dixit, sine gratiâ, quæ sit principium efficax, quasi etiam sufficiens non foret adjutorium Divinum; neque dixit necessariam esse ad bonum supernum, sed etiam ad morale neque dixit tantummodò, quod sinè gratiâ nihil fiat boni, sed quod nè fieri quidem possit. Quibus verbis non solum tolluntur actus, sed etiam potentia, fitque impossibile, ut qui efficacem consecutus non est, observet præcepta & Deo morem gerat. Non patet igitur via purgandi, & defendendi hujusmodi propositionem, contenditque contra omnem rationem, eandem hanc esse cum illâ Salvatoris: Sinè me nihil potestis facere. Auget multum errorem suum, ubi adjungit: Ubi Quesnellus principii efficacis vocabulo indicare vellet operationem, seu voluntatem ipsam Dei, non modò non ex Calviniana hæc graviter oleret illa secunda propositio inter proscriptas, sed efferrer articulum fidei. Articulus fidei nimirum erit, quod arbitrio auferatur libertas indifferentiæ.

I. p. 151.

NOTABILIS est sententia illa iteratò ab hoc Authore adducta. Quemadmodum dicente Deo: Fiat Cælum, factum est Cælum, ita dicente ipso: Fiat amor in voluntate, fit amor in voluntate. Eam itaque partem habebit voluntas in amore, quantam Cælum, & terrain creatione. Vigesima tertia Quesnelli sic habet: Deus ipse nobis ideam tradidit omnipotentis operationis suæ gratiæ, eam significans per illam, quâ creaturas è nihilo producit. Sunt hæc Janfenianorum antiquiorum sensa confutata jam pridem ab orthodoxis in Galliâ scriptoribus.

NEQUE satis assequor quo pacto purgari, ac defendi possit Anonymus, quod respuat, neque admittat gratiam prævenientem. S. Augustinus: Ut incipiamus, dictum est: Præveniet me, ut perficiamus, dictum est: Subsequetur me. D. Thomas: Sicut gratia dividitur in operantem, & cooperantem secundum diversos effectus, ita etiam in prævenientem, & consequentem. At noster Author existimat, si gratia aliqua sufficiens concedatur

omnibus, eandem fore gratiam, quæ D. Petro data fuit, & quæ infideli. Unde ad quid ergo Deum precibus fatigat Ecclesia, ut fidem donet incredulis? Non aliam ipse agnoscit, quam quæ efficienter in nobis producit velle; unde non admittit distinctionem primæ, & secundæ, prævenientis, & consequentis, excitantis, & adjuvantis. Non probaret dictum illud Augustini: *Homini bonum propositum adjuvat quidem subsequens gratia, sed nec ipsum esset, nisi præcederet gratia*; neque ipsi faceret ad stomachum, ubi utramque indicat his verbis: *Quod verò ad Deum nos convertimus, nisi ipso excitante, atque adjuvante non possumus*. Displiceret etiam ipsi, quod nominetur ab ipso gratia plenior, & evidentior. Quis ignorat gratiam infidelium non esse nisi lumen subobscurum, modicam excitationem, ac dispositionem animi ad certò agnoscendum Deum existentem, eumque venerandum, quam gratiam majus quoque lumen, & impulsus vehementior sequeretur, nisi eorum pravitas obliteret? Anonymus non vult, differre inter se gratias, & scholarum dogmata respuit; unde gratias initiales, & concursus Divinum non agnoscit; imò damnatur Muratorium, quod dixerit, non posse hominem velle ea, quæ pertinent ad salutem senza la Grazia preveniente, e concomitante; & affirmat, quod etiam inter gratias à Pelagianis admissas alcune potevano chiamarsi prevenienti, altre concomitanti. Hinc inter se confundit Pelagianos, & historicum, ob suæ gratiæ prævenientis commentum; ideòque explodit illam entitatum, quam ex Peripateticis prænotionibus commiscitur Historicus, & prævenientis, ac operantis titulo honestat. Docuit Augustinus in retractationibus, si non foret præveniens, non fore præparandam à Domino voluntatem. Nam est misericordia Dei etiam ipsam præveniens voluntatem, quæ si non esset, non præpararetur voluntas à Domino. In communi Catholicorum idiomate nihil frequentius est, quam gratiam appellari adiutorium Divinum. At noster Anonymus eam nunquam hoc modo definit, neque posset definire, quia non admittit, nec agnoscit in gratiâ nisi actuale volitionis productionem in nobis. *L'azione di Dio, che produce le volizioni istesse*. Immo ridet sæpe nomen adiutorii, si non exponatur hoc modo. Sequitur hinc, quod, si omne auxilium producit in nobis velle, quod non vult, non præstò habeat auxilium. Quando igitur contingit nominari auxilium, illud ait in tali actione consistere; aut che consiste nel dono, che Dio ci fa dell'amore: Unde scribit: *Se Dio non ajutasse la volontà coll' insondabile il suo amore*, intelligit de actibus, uti videmus ex iis, quæ sequuntur, & quæ paulò ante fuerunt præmissa, nimirum, che questa Carità non è altro, che una buona volizione. Jam verò infundere actualem Caritatem, infundere volitiones ipsas, non est adjuvare, sed exequi, & perficere, unde quid reliquum manet arbitrio? Superi boni! quam falsum est, hanc esse doctrinam Augustini! qui è contrario potius scripsit in hunc modum: *Nec adjuvari potest, nisi qui etiam aliquid sponte conatur. -- Nec adjuvatur, etiam per se ipsum aliquid agit. -- Si non esset operator, ille non esset cooperator. -- Non enim adiutor est ille, si nihil agatis. -- Ipsum nomen adiutoris præscribit tibi, quia & tu ipse aliquid agis*.

Quæ diximus de adiutorio, pariter dici possunt de concessâ nobis per gratiam potestate. Non cohæret cum Ideis Anonymi, quod concessa sit homini potestas eliciendi bonum. Hinc exponit, Deum dare potestatem, quando ipse operatur in nobis velle. *Operatur velle, diffundit caritatem in corde, questo è un vero potere, che Dio dà di osservare la legge*. Citat textum Augustini, ubi sermo est de fortitudine Christianâ, & miro planè modo inde exsculpir, che quella potestà è la medesima Carità; e che vi si favella d'un vero potere, che deriva dalla Carità, principio, e radice d'ogni buona azione. Considerandas lectori relinquo eas, quæ hinc fluunt consecutiones.

LIBRO primo & secundo durus est sermo, cum traditur, quod lumen Divinum pertingat ad eos, quos illuminare vult; non ad eos, quos iusto iudicio excæcare decrevit; affirmans hanc ex Augustino se prompsisse doctrinam. At non reperietur in Augustino: *Deus excæcare decrevit*; nec reperietur, ad dictum illud Evangelii: *Illuminat omnem hominem*, Sanctum respondisse, dopo d'aver confutato un tal errore, uti habet eadem paginâ Anonymus. Explicat id quidem ipse variis modis. Interpretaturus Genesin ita scripsit: *Quod omnes homines possunt, si velint; quia illud lumen omnem hominem illuminat, venientem in hunc mundum*. Et in Ps. 93 *Quod illuminat omnem hominem, in corde illuminat*. Commentans in S. Joannem locutus est de excæcatione: *Quare autem non poterat si à me queratur, citò respondeo, quia nolebant*. At hic alia ipsi obmovebatur difficultas, nimirum hæc: *Deus excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum*. Respondet Sanctus: *Etiam hoc eorum voluntatem meruisse respondere. Sic enim excæcat, sic obdurat Deus, deferendo, & non adjuvando; quod occulto iudicio facere potest; iniquo non potest*. En documentum perspicuum, quod derelictio Dei non oriatur ex spontaneo ipsius Decreto, sed & confectarium quoddam peccati, & obstinationis. Non igitur rectè dicitur illuminare Deus eos, quos vult, non autem illos, quos excæcare decrevit, adjun-

P. 15.

De pecc.
mer. l. 2.
c. 5. -- de
perf. iult.
n. 43. -- in
Pl. 78. n.
12. Sermon.
156. n. 11.
13. 21.

II. p. 14.

I. p. 64.
II. p. 26.

Tract. 53.
n. 6.

II. p. 29.
& 26.

gendo dictum illud: *Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, in passiones ignominiae, quasi sensus foret, non quod permitteret eos malis ipsorum appetitionibus, sed quod traderet, ac quasi consignaret.* Etiam Calvinus excecationem hominum vocat non permissionem Dei, sed decretum: *Toties pronuntiat, se excecave hominum mentes.* -- Haec enim ad permissionem multi rejecerunt, sed minus frivola est illa solutio. Horrendum in modum me increpat adversarius ob mutilatum, atque accisum textum illum: *Excavavit, nec sincere, ut ait, relatum; quandoquidem in eo habeatur: Sic enim excavat &c.* quae verba sunt omnia in versione mea vernacula, & in textu latino, ut videre licet pag. 22. Historiae.

Inll. l. 1. c.
18, n. 2.

S. Pr. p. 231
ed. Pat.
1711.

VIDEANTUR amabo, quae habet adversarius in illud: *Deus vult omnes homines salvos fieri.* Quis amabo repugnare prudenter potest explicationi allatae à Damasceno, & D. Thomā? At ipse affirmat voluntatem conditionatam *convenire cum opinione Pelagii.* Sed conditio à Pelagio intellecta erat, si homo viribus naturae voluisset petere. Magnus Augustinus, & D. Prosper ita pronuntiaverunt: *Sincerissime credendum, atque profitendum est, Deum velle, ut omnes homines salvos fiant.* Novimus ex ipso unam ex propositionibus ejus aetate proscriptis fuisse hanc: *Quod non omnes homines velit Deus salvos fieri, sed certum numerum praedestinatorum.* Nunquam igitur probari potest, dictum Anonymi: *Deum non omnium hominum salutem velle, si intelligatur eo sensu, quo communiter loquimur; item ipsum hoc sensu eos tantum salvos fieri velle, qui salvifunt; si intelligatur vocabulum voluntas eo sensu, quo illud omnes homines usurpant.*

p. 103.
I. p. 83.

Enchir. n. 9.
de corr. &
gr. n. 37.

ADVERT adversarius sententiam illam S. Augustini: *Libere arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus;* eamque ita interpretatur: *De libertate loquitur accidentaria, primi hominis peccato deperditā.* Pergit dicere, loqui se de immunitate à necessitate antecedente. Ubi profecto sensum S. Doctoris prorsus non intelligit. Plura hujusmodi enuntiata apud ipsum reperire est. *Victore peccato amissum est & liberum arbitrium.* Nunc vero posteaquam est illa magna peccati merito amissa libertas. At in neutro horum vel verbulo attingitur libertas accidentaria, nec necessitas antecedens. Fuere jamtum omnia isthaec loca explicata in hist. Theol. de amissa per primi parentis peccatum perfectione justitiae; hoc est de potestate abjiciendi à nobis omnem concupiscentiam; quandoquidem superare illam modo possumus, & vincere; at nunquam abolere, atque ita extinguere, ut non existat. Quā in expositione Ducem secuti

Ad Bonif.
l. 1. n. 5.

fuimus ipsum S. Doctorem: *Libertas quidem perit per peccatum, sed illa quae in Paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate justitiam.* Perfectio quippe boni est, ut nec ipsa concupiscentia peccati sit in homine. Non graveretur lector consulere Historiam Theologicam pag. 35, 358. 361.

I. p. 14.

LEGITUR in hoc scriptore, quod SS. Patres primi parentis peccato penitus oblitteratam dicant, aut saltem deformatam Dei imaginem, & similitudinem Ade. Nullus reperietur, qui unquam asseruerit hanc imaginem fuisse penitus oblitteratam; neque ullus unquam dixit, quod amiserimus similitudinem Ade. Legitur etiam in pluribus locis illorum librorum, perseverantiam finalem (hoc est, quod decedamus in gratia, nec mors nos in peccato occupet) conferri nullā habitā praecedentium meritorum ratione. Cur autem credamus quod vita bona, & frequens Divinae opis imploratio nil conferat ad hujusmodi donum ac misericordiam ab ipso consequendam? Nonne docuit August. in lib. de Persev. quod hoc Dei donum suppliciter emereri potest? nonne eodem libro docuit, alia Deum danda etiam non orantibus, sicut initium fidei, alia non nisi orantibus praeparasse, sicut usque in finem perseverantiam?

I. p. 83.

De don.
perf. n. 10.
n. 39.

SECUNDUM novam illam Ethicam, cujus Author fuit Bajus, excluduntur etiam ab Anonymo, ac saepe rejiciuntur habitus. Testatur non reperiri in universa antiquitate Christianā Caritatis actualis, & habitualis discrimen. In diversos sane vir iste errores impingit ob ignorantiam Ethicae Aristotelicae. In Defensione. *Il male è, che nelle scuole si sono inventate certe nozioni dell'amore, che oscurano la dottrina della grazia.* -- Si è inventata la nozione dell'amore attuale, ed abituale, cioè attivo & ozioso. Conatur hic ridendos propinare habitus, vocando eos, entità, & qualità oziose, le quali non operano se non si agguise un'altra entità, quale chiamasi atto. De hujusmodi entitatibus nunquam mentionem iniecit Aristoteles, unde falso ipsi tribuuntur inventiones hae, & similes. Non omittit referre Augustinum, affirmans, *Augustino nunquam venisse in mentem, habitus esse qualitates inertes, & oziosas, & quod ipse non conobbe alcun amore, che fosse ozioso.* An igitur qui comparavit sibi habitum, semper debet operari? etiam cum dormit? Falsum ceteroqui est, amorem Dei esse unquam otiosum, & non operantem, quia tametsi non prodeat in actum, nos tamen semper Deo teneri conjunctos. S. Augustinus ceteroqui ita definit virtutem: *Virtus est animi habitus.* Docuitque: *Virtutes animi aliquando in opere manifestantur, aliquando in habitu latere.* Et paulo post: *Continetia virtutem in habitu animi semper esse*

II. p. 97.

I. p. 49.

II. p. 97.

ne sinistris & dextris in ista biop. n. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

*Antilogia hujus systematis, & sui
Auctoris.*

esse debere; in opere autem pro verum, & temporum opportunitate manifestari. Verum equidem est, quod Anonymus hos ipsos textus iisdem quoque in paginis adducat, atque ita affirmationem, & negationem inter se copulet. *Virtutes*, inquit, *quum imminet occasio rei bene gerendæ, actusce sunt, & operatrices*. At quis id unquam negavit? an idcirco operari debebunt semper? Prætermitto alium quendam errorem, cuiusmodi est, ubi ait: Repugnare, *che Dio in-fonda la Carità, e non si ami*. Infunditur enim infantibus caritas in baptismo, & tamen non amatur.

NUNQUAM sibi ipsi constare errorem comperimus. Egre autem quis reperiet tot congestas antilogias, tantamque faraginem. Reprehendit in duobus suis libris Author sexcentis facile tanquam errorem maximum, opinionem eorum qui ajunt gratiam esse entitatem creatam. Simulque tueretur tanquam unum ex suis principiis, quod gratia ut passim solet, accepta pro illa quam Deus animæ infundit, possit abjici, *perchè è creatura*. I. p. 112. II. p. 56. &c.

PRÆDICAT non raro posse dono à Deo in nobis producto resisti; & ex adverso, quod quando Deus amorem producit è impossibile *che la volontà non ami*. I. p. 101. II. p. 90. &c. Reponit, posse hominem resistere gratiæ infusæ, quod idem sonat, ac habentem posse non agere bene. E contrario habet, quod Deus infundat ipsos actus, qui proinde boni, & belli sunt. Profitetur, quod amorem inspiratum delevit, & extinguere voluntas possit. Hoc est, quod possit retinere, & abjicere gratiam collatam. I. p. 28. & p. 56. Irridet Historicum, quod *secum ipse cogitet, atque excogitet, in ejus potestate esse, eam gratiâ uti, aut illam rejicere*.

INNUIT sæpenumero, quod gratia, & caritas in nobis à Deo producta possit à nobis retineri, & abjici. *Voluntatem nostram posse semper interiori gratiæ, id est Dei amoris nobis inspirato resistere*. I. p. 156.

NEC rarius tanquam gravissimum errorem decantat, quod credamus esse in potestate arbitrii vel uti gratiâ, vel eandem abjicere. *Palpans tentabundus in meridie historicus, & speciatim gratiæ prævenientis, & operantis imagine ludificatus, secum ipse cogitat, atque excogitat, in ejus voluntatis potestate esse, eam gratiâ uti, aut illam rejicere*. I. p. 56.

LEGITUR II. p. 10. quod gratia propriamente consistit nell' operazione, con cui Dio produce &c. & pag. seguente: *Che propriamente si chiama Grazia l'effetto di detta Azione*.

LEGITUR II. p. 15. quod declarer S. Augustinus, che il Divino ajuto consiste nell' azione di Dio. Et pag. seguente: *Che S. Augustino dichiarò, che l'ajuto consiste nel dono che Dio ci fa*.

INTELLIGIT passim per gratiam actionem Dei. *Gratia, id est actio Dei*. I. p. 11. Et sæpe affirmat, non esser altro la grazia, che un gratuito dono di Dio. II. p. 35.

OBJICIT sæpe historicus, quod nunquam audierit quid rei sit gratia: & centenis amplius vicibus eundem accusat, quod præ-

I. p. 2.

II. p. 49.
I. p. 102,
11. 93, 125.
90. 92. 93.
95. &c.

DEMUM non scio, an fas sit Catholico profiteri se contrarium scholis omnibus orthodoxis, easque onerare convitiis; neque an liceat afferre in medium, ac tueri opiniones, quas à scholasticis omnibus reprobatae fatetur. Provoco ad prudentiorum & eruditiorum judicia. Adversarius meus loquitur in hunc modum: *Sed quod gravius est, eam (sententiam meam) ipsi quoque, qui cum hæreticis illis confingunt, scholastici proterent, atque anathemate divum in modum percellent*. Quod cum initio primæ suæ lucubrationis dixerit, fatetur judicio scholasticorum, seu quod eodem recidit omnium hodiernorum Theologorum anathema torquendum esse in suam sententiam, ejusque quæ quidem in hisce libris extant, consecraria. In alterâ suâ lucubratione tueri se conatus fuit dicendo, intellexisse se id de illis, *che banno impegno di sostenere per fas, & nefas il proprio partito*. At aliis in locis nullo discrimine invehitur in omnes simul invehitur, in Thomistas, Augustinianos, & Molinistas; neque ullum eximit, ubi explodit scholasticorum affixam navem, atque omnia illa, quæ ipsi textibus Patrum infarciunt, affirmans, quod non ipsas Patrum sententias, sed sua quisque commenta servet, & propugnet, quodque vim inferant Patribus, eosque ad somnia, & nugas suas fulciendas invitos, & reluctantes trahant. Quidquid haultam ipsi ex turbidis scholæ lacunis videtur, respuit. Loquens de amore advertit, cavendum mag-nopere à scholasticorum, quas de eo tradunt, notionibus. Quâ porro veri specie, loquendo de habitibus, objici iisdem potest, quod eos contendat esse inutiles? Quos veluti affectiones de fides, & ad nullam rem utiles sibi confingunt. Quid porro? Scholastici ad unum omnes Pelagianismi suspensionem effugere non potuerunt. Ex ipso quippe solo, ejusque antesignanis vera erit repetenda doctrina. Inculcat etiam Muratorium, quod locutus fuerit col gergo, e nozioni, non unius tantum scholæ, sed delle scuole, quantunque non ignori le pessime conseguenze d'un tal metodo.

fiatur gratiam esse entitatem, seu entitulum.

HABET sæpe, Gratiam Divinam dari, essendo un dono, & sæpius, che non vien data, perchè è Dio stesso. II. p. 73.

GRATIA pluribus in locis definitur inspiratio dilectionis, & in totidem aliis omnipotente voler di Dio. In quibus definitionibus tanta est contrarietas, & pugna, ut una admittatur tanquam sancta, & altera fuerit solenniter proscripita.

CONFITETUR sæpe hic Author, gratiam esse effectum in animà à Deo producendum, & donum. Et simul explodit docentes, gratiam esse rem distinctam da Dio, che la dà, e dalla volontà, che la riceve. II. p. 23. & asserit illam hoc casu non fore, nisi merum blittri.

DICTUM ipsius, quod gratia non possit esse res distincta da Dio, che la dà, e dalla volontà, che la riceve implicat contradictionem: Si enim eam dat Deus, est igitur alia res à Deo, cum non possit idem esse dans, & donum; & si eam recipit voluntas, est igitur res alia à voluntate, cum non possit idem esse recipiens, & res accepta.

II. p. 51. Docet, quod in 19^a Quesneli: *Dei gratia nihil aliud est* &c. aliud reprehendendum non sit, quam *quod nihil est aliud*, adeo ut his exclusis vocabulis *propositio foret sanissima*. Et II. p. 77. affirmat, si Historicus scripsisset: *Non si può dire, che la Grazia sia altro, che la volontà di Dio, e l'operazione della di lui onnipotente mano, avrebbe detto bene*.

REFUTAT, magnaque negat contentione gratiam sufficientem. Nec semel affirmat, posse dono gratiæ resisti, & resisti reapse. Affirmat II. p. 56. quantumcunque etiam intensus, & vehemens sit amor à Deo inspiratus, posse tamen voluntatem in se excitare un amor contrario più intenso, e impugnarlo. Et II. p. 109. quod, si Deus inspiraret amorem, necessariamente bisogna che ami.

PROTESTATUR di non credere, ritrovarsi in tutti la grazia necessaria per conoscer Dio, e per adorarlo. II. p. 65. & eadem paginā declarat: *Che ricevono grazie da Dio per li meriti di Giesù Cristo li Pagani*.

REFERT non semel duntaxat dogma de productione amoris simultaneā in homine & à Deo, & à voluntate. Et I. p. 21. *Si Deus in me producit amorem sui, jam non voluntas eum mea producit*.

DE habitibus, & actibus scribit, in totā retrō antiquitate agnitam non fuisse differentiam frā la Carità attuale, e l'abituale; habitus fore qualitā inerti, ed otiose; S. Augustinum non agnovisse amorem, che fosse ozioso. Et in iisdem paginis scribit: *Actus utique, & habitus agnoscimus, profertque tel-*

timonium Augustini, & adjungit; *che anzi l'amore abituale deve avere maggior attività*.

I. p. 67. Inveniens in Historiā, che per gioire dell' elezione alla Gloria ci voglion meriti, dictum hoc damnat tanquam erroneum, propterea quod sic viderentur electioni præire merita, eamque solius Divinæ misericordiæ opus nequaquam esse conficietur. Item I. p. 63. Quod vocationem ad gloriam intellexerit Augustinus non pro meritis nostris. Et I. p. 127. adfert loca ex eodem, unde eruit, quod gloriam præcedant merita. *Quibus verbis satis indicat, merita nostra antevertere prædestinationem ad gloriam*.

I. p. 116. Conatur ostendere, non dari duplicem prædestinationem, alteram ad fidem, alteram ad gloriam. Et p. 127. quod prædestinatio gratuita à meritis præcisa non possit ad gloriam transferri, nisi ab hæreticis. Et p. 118. quod indubitatum sit, gloriam Angelis, & hominibus non sine respectu ad eorum recte facta fuisse prædestinatam.

DECLARAT d'aver preso tutto da Lescio Crondermo I. p. 79. nec velle se ab illius unquam recedere principiis. Ego verò nunquam à Lescii Crondermi principiis, ut nunquam discessi, ita nunquam discedam. I. p. 158. Quibus tamen declarationibus, & denunciationibus sæpe contradicit ipso facto. Nam licet liber Crondermi (nomen fictum, ut constat) non potuerit nisi typis clandestinis excudi, propterea quod gratiam intellexerat, ut est operatio se tenens ex parte Dei moventis adjungens, quod gratiæ ita sumptæ nunquam resistitur, aut resisti potest; nihilominus sanas etiam doctrinas continet, quas Anonymus rectā impugnat. Defendit enim reapse omni contentione duos amores, tanquam generalia omnium operationum nostrarum principia; & Crondermus p. 161. scripsit: *Dogma illud, duo tantum amoris genera reperiri, quæ sint omnium aliorum affectuum, & actionum principia, scilicet Caritatem, & pravam cupiditatem tam rectæ rationi, quàm fidei contrarium est*. Anonymus vult, Catholicos inter & Pelagianos solam fuisse controversiam de Caritate. At Crondermus p. 216. itā loquitur; *Utrum verò Caritati, aliisque bonis habitibus, qui ea Dei operatione inspirantur, resisti à voluntate possit, vel non possit, alia questio est, de quā inter Catholicos, & Pelagianos non agebatur*. Anonymus non vult, vel micam gratiæ infidelibus à Deo concedi; & Crondermus in Dissertatione Dirosii, quam vertit p. 258. *Dominus noster nos docet quod Deus tribuit ejusmodi gratias interiores infidelibus, atque ex eorum duntaxat malitiā accidere, quod impediatur illarum effectus*. En igitur, quā longē in præcipuis etiam capitibus à Crondermo discesserit Anonymus, quid

quid quod eundem datâ industriâ impugnarit. Plura huiusmodi loca reperiet, qui non gravabitur singula ejus dicta minutim excurrere. Verùm claudamus aliquando disquisitionem hanc per antilogiam illam, ad quam omnes ceteræ referuntur. Testatur sæpissimè adversari se Jansenio, & Quesnello, eorumque principia, & doctrinas habere pro hæreticis. At, eodem tempore, nisi vehementer fallor, eadem defendit, atque in rem suam non raro adhibet. Non videtur id posse negari, quandoquidem vidimus tueri ipsum, quod gratia sit voluntas omnipotentis Dei, & operatio ejus manûs omnipotentis, quæ est insuperabilis, omnipotens, & necessitans; quod Deus nobis ipsos actus immediatè infundat; quod ad libertatem non requiratur potentia *ad opposita*; quod sit hæresis Pelagiana, hominem posse velle & nolle; non esse decus, quod detur gratia sufficiens, quod uniuscujusque nostræ operationis principium sit amor, & omnis bonæ operationis Caritas; quod sit Semipelagianum credere, Christum esse mortuum pro omnibus; quod Pelagius aliud Catholicum principium non

negarit, quàm illud, quod inter dona gratuita reponi debeat Caritas; quod sine gratiâ efficace non modò nihil fiat, sed nè fieri quidem possit; quod volente Deo fiat in voluntate amor, sicut factum fuit Cælum dicente: *Fiat Cælum*; quod Deus non illuminet omnem hominem, nec illos, quos excœcare decrevit. An autem qui has propositiones, & principia tueretur, laudat, & defendit, refragetur scetæ Jansenianæ, Lutheranae, & opinionibus Calvinii in materiâ de gratiâ, & libertate, judicent ii, ad quos spectat, & discutiant, qui immunes sunt opinionibus præjudicatis, & animi perturbationibus, quique hâc in re plenam Theologiæ Catholicæ notitiam acquirere non refugerunt, singularique eam in rem studio incubuerunt. Cæterum quando ex propositionibus contrariis hîc positâ una est Catholica, non item alia, ut sciatur quæ verè sit mens Authoris, observare sufficiet, utra melius concilietur cum opinionibus propugnatis, à volente gratiam esse insuperabilem, & necessitantem; à negante Gratiâ sufficientem, & impugnante libertatem indifferentiæ, aliæque huiusmodi.

Libri Primi Finis.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Quàm ridicula sit accusatio impacta Historicæ, quod sit Pelagianus.

HABEBAM in animo non porro progredi, operam me lusurum existimans, si de telis adeò obtusis à me repellendis laborarem; satisque fore, quod ostensum fuerit, ex quibus principiis, quibus argumentis, & à cujus furfuris homine ista emittantur. Verùm illi ipsi, qui auctores mihi fuere, ut adversarii opiniones seriò expenderem, vehementer quoque incitarent me, ut oratione paulò prolixiore itidem manifestum facerem, vanitatem, atque inanitatem earum rerum, quas idem Author adversus historiam Theologicam obmoverat; asseverantes facilius adhuc hoc pacto detectum iri latens in ejus doctrinâ virus, incredibilemque ratiocinii fallaciam. Nil loquar hoc loco, de modo agendi inter personas civiles, & honoratiores inaudito, & de farragine dictorum, quæ repræsentantur vociferationes illæ ac tumultus, quos in publicis quandoque viis inter se excitant mulieres bacchantes, & plebejæ; hæc enim omni homini ingenuo ac bene morato expendenda relinquo. Affligit me duntaxat labe illa quâ aspersit se

ipsum, officium Christiani, habitum religiosum, Cathedram Theologicam, & Italici nominis decorem. Animadvertione cum primis dignum est, eodem planè vilipendio, iisdemque dictis, atque ignorantia objectæ contumeliâ lacessitos à Calvinio fuisse Patres Concilii Tridentini in *Antidoto*.

PRIMA dica historiæ Theologiæ impacta ab hoc Anonymo, sæpiusque repetita est hæc, quod in illâ non assignetur definitio gratiæ, neque explicetur, quid rei illa sit. Unde oriri, ait, ut ignoremus, de quâ nam gratiâ agatur, an de Catholica, an verò de illâ quam admisit vel Pelagius, vel Calvinus. Lepida sanè est hæc accusatio. Cùm enim lucubratiō mea non sit Tractatus aliquis, sed collectio secundum temporum seriem omnium illorum dogmatum quæ de hoc argumento in scriptis Patrum prioribus s. sæculis continentur, quæ credi poterit, ex totâ hâc dictorum illorum congerie non elucere; quid rei sit gratia, nec intelligi de quânam gratiâ habeatur sermo? Quisquis igitur in meâ relatione legit eorum sententias, sæpissimè profectò reperiet, modò his ipsis verbis modò phrasibus aliâ æquivalente, gratiam esse influxum supernum; ex quo provenit, quidquid hominibus operatur pro salute æternâ; reperiet;

Aaa

illam esse donum Dei gratuitum, quo intellectui præbet lumen, & vigorem voluntati, quodque unâ cum nostrâ voluntate omnem actum bonum producit. Reperiet, illam esse auxilium internum, sine quô nulum fieri à nobis potest opus meritorium; reperiet, quod sit inspiratio amoris, ut operemur; à margine textus integer ponitur:

Inspirationem dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus: Inspirazion di dilezione, acciòchè facciamo con santo amore quel che abbiamo conosciuto doverci fare, ch'è propriamente la Grazia. Reperiet insuper maximam gratiarum esse adiutorium bene agendi adiunctum naturæ, atque doctrinæ per inspirationem flagrantissimæ, & luminosissimæ Caritatis. Agnoscere hinc satis potest, quàm iniqua sit accusatio, quam toties mihi impingit, quæque animi religione scripserit: *Di questa sua Grazia, che maleziosamente non hà mai voluto dire in che consista, nè in che sia diversa da quella di Pelagio.* Possum jure dicere: *Judicet Dominus inter me, & te.*

OPINIONEM Historici esse eandem cum Pelagianâ, immò pejorem ostendit affirmando, quod in totâ historiâ nusquam dicatur, Deum operari in nobis bonum velle. Asserit ch'è un gittar polvere negli occhi à semplici cùm se purgat Historicus de Pelagianismo. Quæ responderet, est sæpe tutta dottrina di Pelagio. Quid? quod secundum ipsum molto più Cattolicamente favellò Giuliano l'interno, e sopranaturale impulso, attribuito alla Grazia, si spiega da lui per un buon pensiero, una velleità indeliberata, grazie non negate da Pelagio. In summâ Historia per fas & nefas hà fissato di persuadere, che Dio non operatur velle, non diffundit Caritatem in corde, e non agisce nella volontà, se non con una grazia, la quale tantum dat posse. Jam verò quo pacto in me cadere possit enormis adeò hæresis, tantæque iniquitas, quando tanto studio in hæsi sententiis scripturæ, & Patrum in hac materiâ, & speciatim S. Augustini? Nonne scripsit Paulus ad Philippeneses, qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu? Et capite sequentem: Cum metu, & tremore salutem vestram operamini, Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bonâ voluntate. An prætermisi forte hæc effata? Non sanè, quandoquidem ea retuli, & verti: pag. 69; iterumque monui pag. 341. docuisse Apostolum che Dio opera in noi il volere, e l'operare. Verum quid juvant ista, si agendum est cum adversario, qui ut me Pelagianum ostendat, in triumphum quasi adducit hæc mea verba: *La facoltà d'inclinarsi al male il libero arbitrio l'hà da se, mà quella di rivogliersi al ben sopranaturale, essò non l'hà, se non per virtù della superna Grazia.* Cum adversario, qui asserat, non potersi ricava-

re che lo storico ammetta, che i meriti son doni di Dio, attesa l'ambiguità di termini, co' quali occulta il veleno; quando legitur in historiâ: *Lo stesso merito dell' uomo è gratuito dono;* legitur ibidem: *Meriti per Divina Grazia prodotti.* Legitur: *La Grazia non si dà secondo meriti, mà i buoni meriti tutti producono.* En venenum meum, en quo id modo occultem! Mirum ceteroqui non foret, si majore copiâ in historiâ meâ occurrant loca illa, quæ libertatem comprobant, quàm quæ gratiæ virtutem ostendunt. Contra illos enim scripta fuit, qui impugnant libertatem, non, qui gratiam.

At quâ demum fronte, ac impudentiâ opponitur mihi, quod nusquam asseram, Deum operari in nobis bonum velle? Legitur pag. 69. Hist. *Non solum enim Deus posse nostrum donavit, atque adjuvat; sed etiam velle, atque operari operatur in nobis.* Postremus hic sensus repetitur pag. sequente, ubi denuo habetur: *Operatur ergo ille, cooperamur nos.* Dixeram jamtum pag. 64. quod bona nostra opera sono tutte grazie, dono, e misericordia di Dio. Pag. 191. edissero, non dixisse S. Paulum, quod Deus operetur tantummodo il potere, sed quod operetur etiam in noi il volere, e l'operare. Videatur liber nonus. Retuli in illo ex S. Augustino: *Non commoventur ad fidem, in quibus occulta gratia non operatur, quâ trahuntur, ut credant. Non sufficit voluntas nostra, nisi Deus perducatur, quod vocat. -- Cooperando perficit, quod operando incipit. Gratia ejus illuminationem, justificationemque nostram etiam intrinsecus operatur. Dat etiam sui Spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & parvulis.* Videatur in duodecimo: *De operante illo, ut velimus dictum est, Deus est enim, qui operatur in nobis & velle. Sed hæc potentior est in secundo Adam. Prima est enim, quâ fit, ut habeat homo justitiam, si velit; secunda ergo plus potest, quâ etiam fit, ut velit: tantoque ardore diligat, ut carnis voluntatem, contraria concupiscentem voluntate, Spiritus vincat.* Pag. 288. indigitatur, Deum operari mirabili modo, & ineffabili, quando operatur; hoc est facit, producit velle nostrum, pag. 396. *Profectò & ipsa velle credere Deus operatur in homine.* Paulò post repetitur: *De operante illo, ut velimus, dictum est, Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle.* Et postea in memoriam revocatur, etiam ipsam voluntatem in nobis operante Deo fieri. Pag. 409. mentionem feci illius gratiæ, che la stessa Fede produce. Innui paulò ante l'inspirazione di ardentissima, e luminosissima Carità, quam adnotavi in animam inferri per auxilium gratiæ, quando est vehementior. Ex paucis illis verbis, quæ de meo inferui, facile est videre, quod dixerim: *Che dobbiamo à Dio e la potenza, e*

- Atto. Vincit quoque gratia, quando con-*
tingit à nobis vinci concupiscentiam. Ci
dà di poter vincere, e ci stimola à vincere, e
vince poi essa stessa. Dixi præterea nixus au-
thoritate Magistris: Che operiamo bensì an-
chè noi, mà cooperando all' operar di Dio: Ubi
 p. 247. *quidem operamur & nos, sed illo operante co-*
operamur. Quo manifestum fit, præcipuam
operationem esse gratiæ; nòsque operari,
quia operatur Deus, non vicissim operari
Deum, quia operamur nos. Historia mea
 pag. 249. *loquitur in hunc modum: Con-*
vien tenere à mente che non opera Dio in noi,
perchè si opera da noi, mà che all' in contro noi
operiamo, perchè opera egli prima in noi.
- II. p. 33. *REFERIRE tamen post hæc omnia est*
 43. *hominem, qui religioni non ducit sibi ite-*
ratò imprimere, historicum esse Pelagia-
 I. p. 48. *num, & plus quàm Pelagianum. Che mol-*
ti sono i fondamenti di giudicatio Arminiano,
e che tiene intelligenza con gli Arminiani.
 II. p. 18. *Quod putat dici non posse, datur voluntas à*
Domino. Che procura sempre di coprirsì con
termini ambigui, come appunto facea Pela-
 p. 34. *gio. Che in fatto di grazia dice assai meno*
di quel, che si diceva da quell' eretico. Quod
 I. p. 64. *non sciatur quid perplexis vocabulis Ajuto,*
grazia interna significare velit. Ch'egli usa
 II. p. 13. *sempre la furberia di servirsi di tali vocabuli*
ambigui, ed ambibologici. Che nella sua sto-
ria si spacciano per regola di Fede, e di Catto-
lica dottrina opinioni, le quali benchè in quest'
ultimi secoli maschevate con nuove invenzioni
 p. 39. *di vocaboli ambigui non farebbero spiacciate à*
 Gen. *più perfidi Pelagiani, e Semipelagiani. Che*
 XXXI. 49. *hà scritto per ingannare i semplici. Figamus*
hic pedem. Judicet Dominus inter nos!

CAPUT II.

Falsitas duarum accusationum impacta-
run historiarum.

- S**UPERVACANEUM professò videtur, ad
 ea, quæ cap. præcedente in meî defen-
 sionem dicta sunt, quidquam velle adjun-
 gere. Siquidem sat superque relucet, quam
 fidem criminationibus, & assertionibus
 Anonymi præstari oporteat. Non possum
 tamen non morem gerere illis, qui omnes
 ejus assertiones abollitas plane, atque sub-
 versas cupiunt videre. Spargit ille in vul-
 gus, quod scripserim tribui Deo à D. Au-
 gustino actum voluntatis, quo in Deum cre-
 dimus, hæc unicè de causâ quod liberum arbi-
 trium nobis impertierit. Quod mihi scelus
 nè in mentem quidem venit unquam. De
 errore Semipelagiano differui in hæc ver-
 ba: *Risponde il santo, opera di Dio essere la*
stessa Fede; Et paulò post: Ecco come ante-
 I. p. 73. *riore dice bensì Augustino esser la fede all' ope-*
re meritorie, e Christiane, mà non mai à quel-
la grazia, che la stessa fede produce. Se la Fe-

de opera è di Dio, & si gratia sit illud, quod
 la stessa fede produce, quâ ratione mihi po-
 terit imputari, quod fidem referam ad ar-
 bitrium? Verum equidem est, quod una
 ex rationibus, unde sanctus eruit omnia pro-
 venire à Deo, etiam fuerit hæc, ipsum us-
 que adeo arbitrium Dei donum esse: Et
 quam ob causam hæc debebat celari? Si
 non & illud foret ejus donum, non essent
 omnia ejus donum. Dixit pariter ipse: *Con-*
sirebor posse per Dei gratiam, & liberum ar-
bitrium; ipsum quoque liberum arbitrium ad
Dei gloriam, hoc est ad Dei dona, pertinere
non ambigens. Periodorum hanc ob causam
 De pecc.
 mer. l. 2.
 n. 7. *reprehensarum accusationi viam stravi his*
verbis: Qual mercede adattata al merito del-
le operazioni, vien rappresentata l'eterna bea-
titudine in molti luoghi, e del vecchio Testa-
mento; e del nuovo, senza pregiudizio però dell'
essere in somma anch' esse grazia, dono, e mi-
sericordia di Dio. Si affirmo omnia nostra
 bona opera esse meram gratiam, donum,
 & misericordiam Dei, quomodo possum
 hoc ipso loco profiteri, aliam in bono par-
 tem non habere Deum, quàm quod nobis
 concesserit arbitrium? Cogor hic revoca-
 re in memoriam partem mei paragraphi.

All' obiezione contra il detto, che hai tu di
non ricevuto? stante che il credere, e l'ope-
rare è pur nostro, risponde (S. Agostino) che
il libero arbitrio medesimo, con cui si crede, è
si opera, essendo dono di Dio, è suo dono per
 de Sp. & lit.
 n. 5. 7. *conseguenza quanto con esso si fa. Nec istam*
voluntatem, quâ credit Deo, dici potest homo
habere, quam non acceperit: quand' quidem vo-
cante Deo surgit de libero arbitrio, quod natu-
raliter, cum crearetur, accepit. Et iterum:
Propterea enim voluntas, quâ credimus, dono
 n. 60. *Dei tribuitur, quia de libero existit arbitrio,*
quod, cum crearemur, accepimus. Il sentimen-
to medesimo è in S. Girolamo, interpretando
S. Paolo agli Efesii. Non quod liberum tolla-
tur arbitrium, verum quod arbitri ipsa liber-
tas Deum habeat auctorem. Aggiunge poi S.
Agostino, che non per questo solamente, ve-
rum etiam perchè agit Deus, ut velimus, &
ut credamus, cioè, perchè cost' estrinse amene-
te, come intrinsecamente opera Iddio medesimo,
acciochè crediamo, e acciochè vogliamo: la qual
dichiarazione à tutti i sudetti passi si dee sottin-
tendere.

POSTEAQUAM igitur dixeram: che non
 per questo solamente, mà ancora perchè
 opera Iddio medesimo intrinsecamente, ac-
 ciochè crediamo, e acciochè vogliamo; &
 postquam adjunxeram, *che tal dichiarazio-*
ne à tutti i sudetti passi si dee sottintendere.
 Spargitur me tradere, non procedere bo-
 num à Deo, nisi hæc unicè de causâ, quod li-
 berum arbitrium nobis impertierit. Et spar-
 gitur me tantum crimen Augustino impegisse.
 Plura exspectate! Asserit Adversarius, his-
 I. p. 71.

toriam meam per periodos paulò ante recitatas Pelagianismi scabiam sancto Doctori

I. p. 69. *affricare.* Profectò non satis compertum habeo, an in tantà ac prope infinità voluminum copià reperire sit aliquem, qui ita differuerit, ita scripserit! Non ducit sibi

I. p. 245. *piaculo repetere sub libri finem: Induci à me Augustinum decernentem: Il volere è dono di Dio in quanto che il libero arbitrio medesimo non l'abbiamo, se non da Dio.* Quam ego hæresin nunquam protuli, neque mente concepi. Siquidem particula *in quanto che* satis innuit, non alià de causà id Deiesse donum. Dum è contrario in hac paginà, &

III. p. 329. *his ipsis in versibus scripsi, che rivoglieri à Dio non possiamo, se non per suo eccitamento, e col suo aiuto; e che siam tenuti à Dio dell'azion medesima, perchè nasce dalla sua forza, e da quella, che abbiám da lui.* Non dicat igitur, verba mea ipsissimum esse Pelagii commentum; sed suum potius. S. Doctor exponens, quod Deus operetur in nobis velle, & operari, dixit: *Hoc nobis expedit & credere, & dicere, hoc est pium, hoc est verum, ut sit humilis, & submissa confessio, & detur totum Deo.* Ubi dixi apparere, che non si verifica letteralmente (hoc est ita, ut voluntatis operationem excludat) che il nostro ben operare sia tutto di Dio, se non in quel senso, che il libero arbitrio ancora, e l'essere, e ogni potenza nostra è da lui.

INFIGIARI non potest verba loco superiore à me relata legi ad amissum omnia in lib. de Spir. & lit., duas tamen affert responsiones, quæ se ipsas jugulant. Una est, quod hæc non sint sensa Augustini, sed Pelagianorum; id quod falsissimum est, cum sint responsiones ipsius, ut patet; siquæ fuisset doctrina Pelagiana, non videretur eadem in S. Hieronymo. Præterea non comprehendit adversarius, quod quæstio ejus temporis, & objectio Pelagianorum, cui hæc doctrinà Sanctus responderet, non fuisset eadem cum illa, quæ modò agitur, scilicet, an, quod omnia debeamus Deo, id inde oriatur, quod arbitrium sit ipsius donum. Proponebatur ideo, quia credebant sine adjutorio Dei per se ipsam vim voluntatis humanæ posse agere bonum perfectum; & asseriebant adjutorium Divinum in eo consistere, quod nobis dederit arbitrium, & præcepta. Ideo ista sine ope Divinâ non fieri, quia & hominem Deus creavit cum libero voluntatis arbitrio, & dando præcepta &c. Sed cum dicimus, quod etiam liberum arbitrium sit Dei donum, ideoque etiam ex hoc capite comprobari, quod nihil habeamus à nobis, quòdque ab ipso profectum non sit, non excludimus, imò supponimus, & confirmamus, quod sanctus amor, & omnis bonà voluntas sit ejus donum.

Cum hæc responsio non satisfaciat ipsi

etiam fortassis adversario, aliam assignat, quam bifariam dividit. Ait primum, in locis à me ex Augustino relatis ipsum mentem suam non aperire, nec istam esse illius sententiam; quam tamen vidimus clarissimam.

Non veretur insuper dicere, quod librum de Spiritu, & litera) de quo modestè in tractationibus gloriatus fuit, inquit in eo se, quantum Deus adjuvit, acriter disputasse contra inimicos gratiæ Dei) non debeamus ducem sequi; sed illos, in quibus manifestè probat, fidem esse donum Dei, quasi & hæc & alia Catholica dogmata non oprime etiam in celeberrimo hoc libro declarer. As-

ferit adversarius, non potuisse S. Augustinum in illo gravissimas de gratiæ quæstiones, quæ par erat diligentia, explorare, ac pervadere. Quæ verba, an salvà veritate, & citra gravem offensionem magni nostri Doctoris proferri possint, cum agatur de libro conscripto adversus Pelagianos, & in quo nihil quod emendaret, ipse invenit, cuius judicandum relinquo. Hæc Anonymi verba leguntur paginà 72, dum è contrario ipse assignare nunquam poterit, quo loco scripserim ego *lapsus esse Augustinum*, quemadmodum ipse paulò post turpiter comminiscitur, mihi quæ imputat. Ita quoque non poterit ostendere, ubi ego dixerim, quod ejus mihi expositio videatur obscura, & implexa. Quis unquam in malam partem accepit, quando expositione Authoris cujusdam non sine laude relatà, subiungitur, quod alio in loco, ubi se magis diffudit, illud clariùs explicarit?

ALTERA, & gravis si superis placet, ratio quam adfert ad ostendendum, quod doctrina mea tota sit Pelagii, & multò magis Catholicè locutus Julianus fuerit, quam ego, illa est: Quod ego *to preparatur voluntas à Domino* verterim: *Si preparatur voluntà dal Signore*, protestans, *to preparatur idem prorsus Augustino esse, ac datur*; id quod verificari quandoque potest, at non semper. Quando dicit v.g. *quod Deus voluntatem bonam præparat adjuvandam, & adjuvet præparatam*, manifestum est, intelligere ipsum, quod Deus eam disponat, ut per suum deinde auxilium fiat bona ex asse. Non itaque omnino verum est, quod *to preparatur voluntas à Domino* idem sonet, quod *Deus operatur velle*, atque ita verti debeat.

Videatur hæc de re brevis mea responsio paragrapho 10, 11, 12, 13. Videre est in Historià, quomodo S. Augustinus adhibuerit hoc verbum sæpiùs in sensu communiore verbi *præparare*, quò semper tam in V. quam N. Testamento accipitur. Loquens de illo Proverbiorum: *Homini est animam præparare*, scripsit his verbis: *Nam quid est præparare cor, & os aperire, nisi voluntatem parare?* Significat etiam inchoare: Arque

I. p. 74.

I. p. 75.

p. 70.

XVI. 1.

Ad Bonif.

I. 2. n. 20.

ideo eodem loco vocabulum hoc exposuit per inchoare. *Falluntur ut existiment cor præparare, hoc est bonum inchoare, sine adiutorio Gratia Dei ad hominem pertinere.* Hinc est, quod scripserim, indicasse hoc vocabulo Augustinum ille necessario precedere della Grazia, & confutasse Pelagianos etiam in Retractionibus, declarando, quod si Deus non prævenisset voluntates non præpararetur voluntas à Domino. Errores, quos Adversarius in hisce meis dictis invenit, non videntur nisi ab ipso. Et S. Thomas, qui docuit: *Qui magis se ad gratiam præparat, plenior gratiam accipit*, an per præparare intellexit dare?

ALIO modo tò præparare exposuit S. Augustinus, quando docuit, significare idem, quod dare potentiam. *Præparatur voluntas à Domino; eo modo dat potestatem.* Et denovo: *Ad bene vivendum desuper accipimus potestatem, cum præparatur voluntas à Domino.* Clarius profectò id dicere non poterat. Quo pacto adversarius ob hæc à me relata, accusare me potuit hæreseos illius, quod *Gratia tantum dei posse.* Dum ex adverso ego eam ita centies facillè, & prolixè exposui, repetens identidem eam cooperando perficere, quod operando incipit?

ESSEM sanè Pelagianus, si verum foret, quod non veretur identidem mihi falsò obicere: *Putat dici non posse, datur voluntas à Domino;* quod à me crimen avertat Deus. Dictum illud S. Augustini, *adjuvat Deus, quia præparatur voluntas à Domino*, scripsit adversarius significare datur voluntas à Domino. Rogavi ego in responsione meâ, quomodo conciliari posset: *Adjuvat, quia datur?* An hoc genus loquendi sanetur per hoc, quod prolixè alterâ vice adducit, aliis considerandum relinquo. Mihi profectò dictum hoc confirmare ex adverso videtur illud aliud: *Præparat adjuvandam, & adjuvat præparatam.* Prætermittendum non est, quod ob significati affinitatem tò præparare ita quandoque usurpetur ab Augustino, ut innuat etiam collationem, & plenum, atque integrum effectum. At quæ demum est necessitas indagandi, ubi ita locutus fuerit S. Doctor, ut evincamus, docuisse ipsum, quos Deus operetur in nobis bonum velle, quando id centum in locis, ac palam docuit verbis propriis, & cuiusvis perspicuis? Et quid demum causæ est, cur quisquam persuadeat sibi me huic non subscribere veritati, propterea, quod tò præparatur non reddiderim per datur, dum reverà hic non est genuinus illius sensus; quando toties, ut paulò ante planum feci, id retuli, & reddidi per veras ei subjectas atque ab omnibus adjudicatas notiones. Potestne de eo, qui vicinis facillè vicibus dixit Deum O. M. in nobis operari tò velle, divulgari, che

*procuri sempre di coprirsi con termini ambigui, come appunto facea Pelagio, per escludere l'operazione di Dio? Quid porro? De hisce propositionibus meis è Dio, che il volere, e l'operare opera in noi. L'ajuto di Dio opera insieme con noi, ita loquitur: Auxilii Divini ambiguo vocabulo non ipsum Dei operationem, sed spuriam illam entitatem designat, à Peripateticâ scholâ mutuata. Ejusmodi propositiones equivocæ sunt us per similes, quibus Catholicis imponere tentabat Pelagius. Hoc pacto ipsum etiam Evangelium Pelagianis accensebitur. De entitatulâ nè cogitavi quidem. Ad scholam Peripateticam quod attinet, affirmat iridem ipse, quod nomen meum profitear inter Peripateticos. At libenter intelligerem, ubi id ego unquam fuerim professus. Cum enim quis laudat Aristotelem, ubi agit de actibus humanis, non continuò se proficitur Peripateticum. Atque ut semel dicam, licet scripserim, le buone azioni nostre darli da Dio, ed opera lui dentro di noi il buon volere, non tamen existimandum est, me ita censere; quandoquidem etiam scripsi: *Præparare vuol dir disporre.**

CAPUT III.

Vanitas alterius imputationis.

OPPONIT Anonymus, scripsisse me, quod gratia sit un' entitatura data à tuti, in virtù della quale vien preparata la volontà di ciascuno, di modo che possa far tutto ciò, che appartiene alla salute. Respondeo breviter, neque in hac, neque in aliâ paginâ vel hujus, vel alterius mei libri hujusmodi verba reperiri. Paginâ 251. indicatâ loca præcipua à me relata sunt hæc: Ex retract. *Verum est enim omnino, omnes homines hoc posse, si velint. Sed præparatur voluntas à Domino, & tantum augetur munere cavitatis, ut possint.* Et ex Interpret. in Psalmos. *In omnibus implet, quod dictum est: Misericordia ejus præveniet me.* Quantum porro ad id, quod nemini desit illa saltem gratia, quæ dat potentiam recurrenti ad Deum, videatur historia à pag. 254. ad 258. cum verba huic transcribere videatur supervacaneum. Tota prima congeries auctoritatem Magistri servit nobis orthodoxis. Ultima docet, censuisse ipsum agli infedeli ancora tanto di grazia esser compartito, che possano conoscere Dio, e glorificarlo, e viver senza sceleratezze. Negatur id ab adversario, quia tot homines fide privati vivunt. Verum hoc est aperte subscribere Quesnellianis. Nulle dantur gratiæ nisi per fidem. Extra ecclesiam nulla conceditur gratia. Est item aperte contradicere S. Hieronymo, scribenti, *perspicuum sit naturâ omnibus Dei inesse nostram.* Est contradicere D. Thomæ asserti: *Ad Divinam providentiam pertinet,*

1A. p. 257.

1A. p. 257.

In Gal. c. 1.
De verit.
qu. 14. a. 2.
ad 1.

A a 3. m. d.

ut cuilibet provideat de necessariis ad salutem, ita quidem ut homo in silvis enutritus duc-
tum naturalis rationis sequeretur in malo fu-
giendo; aut Deus inspiraret ei veritates cre-
dendas, aut mittat ad eum viros, qui fidem
orthodoxam prædicent. In *Defensione* post
relatam meam citationem ex Augustino, mox
adjungit, liberèque asserit, che con
questo non m'avvedo d'ingolfarmi maggior-
mente nel Pelagianismo. Quis dicere pote-
rit, quod non credat ipsum quoque Sanc-
rum eodem mecum lacu mergendum? Id-
que tantò magis, quòd aliàs idem scripse-
rit: *Deus aliter adjuvat nondum inhabitans,
aliter inhabitans: nam nondum inhabitans ad-
juvat, ut sint fideles, inhabitans adjuvat jam
fideles.* Asserit reposuisse me, come per po-
ter conoscere, che c'è un Dio, basta la di lui
immensità, id quod nunquam mentem su-
biit meam. At ridet hoc pacto dicta S. Au-
gustini à me adducta: *Ubique præsens est om-
nibus, ubique præsto est &c.* Per id, porro
quòd Deus in cujusque conscientia loqua-
tur, ait, *ch'io correggo come inconsideramen-
te scritto dall' Apostolo, quomodo invocabunt,
in quem non crediderunt?* Respondeat ipsi
pro me S. Augustinus, siquidem ipse iti-
dem dixit: *Per creaturam poterant cognosce-
re Creatorem; respondeat ipsi quoque D.
Paulus: Deus illis manifestavit: invisibilia
enim ipsius à creaturâ mundi per ea, quæ fac-
ta sunt, conspiciuntur.* Rom. I. 20.

Quæ Ev. l. 2.

CONTRA responsionem meam denuo
obmover, *ch'io pretendo ritrovarsi in tutti,
eziandio gli infedeli, grazia per conoscere Dio,
adorarlo, invocarlo, ed adimplere la Divina
legge.* Quæ verba in nullo meorum ope-
rum reperientur. Quomodo Divinam im-
plebunt legem, qui eam ignorant? Potuis-
sem quidem dicere cum Orosio S. Augus-
tini discipulo, sed non alio, quàm ipsius
sensu, quod *Deus gratiæ suæ dona largiatur
etiam universis gentibus.* Scripsit P. Antoine,
infideles habere auxilia ad servandam legem

In Apol.

t. I. p. 98.

2. s. qu. 2.
4.

*naturalem; & dum his cooperantur, acci-
pere gratias ultiores.* Adversus sententiam
quæ contendit omnia infidelium opera ef-
fe peccata, sufficit animadversio D. Tho-
mæ, *De Cornelio adhuc infideli dictum est,
quod acceptæ erant ejus elemosynæ Deo.* Scrip-
si docuisse S. Augustinum: *Quel tanto di gra-
zia, ch'è assolutamente necessavio per la salute,
concedersi à tutti da Dio, benchè con ciò altri
si salvi, e altri nò, perchè tal grazia è quibus-
dam utilis ad penitendum, quibusdam inutilis
ob resistentiā.* Quis non videt, non debe-
re hic intelligi, quod tota illa gratiarum se-
ries concedatur omnibus, quæ requirun-
tur ad consequendum terminum salutarem;
sed quod concedantur omnibus dispositio-
nes ad ingrediendam viam salutis. In cas-
sum nihilominus argumentatur adversa-

rius, me his verbis innuere, quod finalis
perseverantia, & fides concedatur omni-
bus. Possem equidem insignia Theologo-
rum recentiorum hic proferre testimonia,
quæ ostendunt, quanto in errore ipse ver-
setur; sed cui bono? Scripsit etiam Cardi-
nalis Gotti contra Picininum: *P'esso tutti
i Cattolici v'hà da essere una grazia commune
à tutti, con cui possono osservare la legge.*

t. 2. P. I.
p. 326.

QUICUNQUE cognitionem habet con-
troversiarum, quæ agitatæ fuerunt extra
Italiam, non ignorat, Janfenianos multum
in rem suam usos fuisse his sententiis. *Com-
munis est natura, non gratia.* Scimus non om-
nibus hominibus dari. Quali his comproba-
tur, uti modo meus quoque adversarius ite-
rum affirmat, che la grazia necessaria per po-
ter osservare la Divina legge, il Santo negò es-
ser commune à tutti. Quam demum ab cau-
sam non indicavit Anonymus locum, ubi
bellam adeò doctrinam habeat Augustinus?
Quam obsecro culpam incurreret Christia-
nus, qui non observaret legem Divinam
ibi impositam, si gratiâ ad eandem obser-
vandam, item ad hoc ut observari possit,
necessariâ foret destitutus? At scripsit etiam
famosus ille Parisius, qui à multis habeba-
tur pro Sancto: *Sunt bodie, qui faciant gra-
tiam omnibus perinde communem, ac naturam;
admittantque gratias generales, & sufficientes
pro omnibus.* Fuerunt jamtum ex Catholi-
cis, qui responderunt ad difficultates in dic-
tis sententiis diverso modo propositas. Ego
certè ex ipso contextu horum ipsorum alio-
rumque similium locorum ostendi intelli-
gendas illas ibi esse de gratiâ baptismi, &
fidei. *Qui de paganis nascuntur, ab ipso facti
sunt, nec tamen sunt populus ejus: communis
est omnibus natura, non gratia.* In epistolâ
ad Vitalem ad duodecim sententias, qua-
rum una est: *Scimus non omnibus hominibus
dari, viam sternit præmittendo: Nisi per
gratiam renascantur in Christum.* Ut autem
hoc verificetur de his verbis, necessum non
est, ut tota epistola de eadem re intelliga-
tur. Præcipuus finis ac scopus illius fuit,
ut Vitalem perfringeret, qui credebatur ini-
tium fidei non esse donum Dei. Quod me ac-
cuset di putido fossima ob ita intellectam il-
lam sententiam: *Communis est natura, non
gratia; quod asserat esse hæc toties inculca-
ta ab Augustino, & Patribus verba; quod
inferat, ex hac interpretatione consequens
fore, communem esse omnibus justitiam, & per-
severantiam finalem; absurdissimus ac vix
credibilis agendi modus est.* Ex eo quod
dixerit Augustinus, Paganos, tamen etiam
ipsi sint opera Dei, non esse tamen ejus po-
pulum, propterea quòd communem qui-
dem nobiscum habeant naturam, non gra-
tiam; item quod dixerit non dari gratiam,
nisi per baptismum renascentibus, deduce-
retur,

II. p. 42.

Explica-
tion de l'é-
pître aux
Romains
par M. de
Paris pag.
170.

Serm. 25.

I. p. 140.

retur, si ipsi credimus, communem esse omnibus perseverantiam finalem. Necesse est profecto est hominem istum, uti paradoxam prodit Theologiam, ita & peculiari imbutum esse Logicā.

Actum agit, dum dicta in diverso argumento prolata, & voces sensu differente adductas in unum colligit, atque in iis piscari studet paradoxa, & antilogias. Notavi pag. 17. agens de verbis Servatoris ad Judæos: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum, quomodo rō venire ad me significet credere, & quomodo sine gratiā prævieniente non obveniat homini fides.* Paginā 251. agens de gratiā, quæ omnibus datur Christianis, attuli ex S. Augustino in omnibus implet, quod dictum est, *Misericordia ejus prævienit me;* & ex Concilio Arausicano, quod accepta per baptismum gratiā, omnes baptizati, quæ ad salutem pertinent, possint adimplere. Unde erui, omnibus concedi aliquam gratiam prævientem; ex præcedentibus hic intelligendi sunt baptizati. Hic adversarius magno cum apparatu argumentatur, quod si per gratiam intelligatur fides, & si gratia prævieniens concedatur omnibus necessariō consequatur, quod omnes credant, cum nemo careat hac gratiā, quā Pater trahit ad Christum. Id quod I. p. 65. reperit, & amplificat in Defensione. Ex eo, quod rō venire significarit in hoc loco idem, quod credere, infert, id debere semper per hanc vocem significari. Ex eo quod dixerim, omnibus concedi aliquam gratiam prævientem, infert, me credere igitur communem omnibus esse debere gratiam, quā sunt Christiani. Cum dico, sine gratiā prævieniente non obvenire fidem, infert, igitur omnis prævieniens est efficax; quod si foret, opus non esset subsequente. Vocabulorum istorum vim, ac notionem prorsus non assequitur. Quis porro ignorat, non eodem semper sensu usurpari vocabula? Idem hoc est, ac si quis imputare veller Paulum quod docuerit, non omnes homines periisse per peccatum Adæ; quandoquidem dixit: *Unius delicto multi mortui sunt, oἱ πολλοι*, quando constat, usurpasse ipsum illo loco rō multi non pro multis, sed omnibus. S. Augustinus: *Ponit aliquando* Civ. D. I. *Scriptura pro omnibus multos.* Idem hoc est, ac si quis antilogiæ postulare veller Augustinum, quod scripserit tot locis: *Ad bene vivendum, & recte agendum esse in homine liberum voluntatis arbitrium;* & alibi: *Vic-tore peccato amissum est liberum arbitrium.* Non esset æqua hæc accusatio, quia aliud in locis anterioribus, aliud in posterioribus venit nomine arbitrii. In illis intelligitur facultas, quam Deus nobis largitur abstinendi per ipsius gratiam à peccatis voluntariis: In his est facultas post Adæ pecca-

tum amissa, exercendi nimirum dominium in actus involuntarios, & extinguendi concupiscentiam. Ita & differam de locis à me adductis. Prima gratia semper appellari potest prævieniens; at non ideo eadem est cum illā, quæ omnibus conceditur, & de quā dixit Augustinus in omnibus implet, & illa quæ obvenit per baptismum. Gratia infidelium dat potentiam remotam, dat lumina, quibus qui utitur, potest adipisci majora. Sunt preparationes, quibus major succederet gratia, si gratia, & durities non forent obstaculo. Non igitur hinc deduci fas est, quod cui hæc conceditur, is continuō sit Christianus. Non reperietur in historiā, quod gratia illa prævieniens, quæ largitur fidem in Christum, sit gratia omnibus communis; studiumque illud & sollicitudo, in errore ex locis variis, disparatis, & longè sejunctis inter sese colligendis, ac conferendis eruendo, uti & in II. p. 41. & alibi accidit, non indicat animum sincerum, & finem bonum. Videatur etiam responso pag. 48. & sequentibus.

CONTRA gratiam, & lumen, quod omnibus conceditur ad cognoscendum Deum unum; adduxit adversarius, quod non concedatur infantibus, existentibus in utero materno. Ad detegendam oppositionis hujus fallaciam respondi, obmoveri posse eandem difficultatem D. Paulo, ubi dixit: *Omnis homo mendax.* Hanc meam responsionem ut eludat, asserit in Defensione, me ignorare, quis sit istorum verborum sensus, quæ significant, in comparatione veritatis æternæ non esse ogni uomo, che menzogna. At non eodem jure opponi potest, non esse dicendum ogni uomo, quandoquidem non verè dicatur de parvulis nondum natis? Quodnam amabo, quantum quidem ad rem nostram spectat, hic est sensus discernimen? S. Augustinus hoc dictum ita exposuit: *Deus enim verax, omnis autem homo mendax: quid est hoc? Deus plenus est, omnis homo inanis est; si vult impleri, accedat ad plenum.* At quocumque demum modo verbes propositionem nunquam verè dici poterit omnis, si sufficit ad excludendum, quod non sub hoc vocabulo comprehendantur parvuli nondum nati.

Quis credat accusari me ab adversario, quod sæpe dixerim: *Dio dà il volere, e l'operare: è Dio che il volere, e l'operare opera in noi?* & nihilominus opponit esse propositiones æquivocas. Multa demum ex dictis meis congerit, ac colligit, quasi omnia ex Augustino petita forent, eaque à reliquo contextu avulsa exhibere conatur tanquam erronea. Sed respondeat Sancto, ubi affirmat: *Nulli deficit, nos deficiamus, nulli, inquam, deficit, super abundat omnibus. Jubeat, ut facias, sed ipse dat vires, ut quod jubet, im-*

In Pl. 18.
n. 1.
Serm. 32.
n. 19.

plevi possit. *Et hic adjuvat, & hic necessaria subministrat.* Cuperet persuadere, dici in historiâ, nulli unquam deesse gratiam, datamque omnibus gratiam consequendi salutem; quando in illâ verbis perspicuis legitur, *che il mancar talvolta quell' aiuto, per cui si può operar bene, e perseverare, alle attualità, e moltiplicate colpe imputar si dee; & quod huiusmodi homo acceptam gratiam Dei suo in malum libero amiserit arbitrio.*

ff. p. 339.

de corr. & gr. n. 32.

CAPUT IV.

Refelluntur nullo negotio multæ aliæ accusationes.

Non sine quâdam molestia, ac fastidio refellere aggredior adeo falsas, atque ineptas accusationes, neque enim fieri potest certo ordine in tantâ perturbatione Adversarii; neque sine repetitione earundem rerum, ubi agendum est cum homine, qui viciis, aut tricenis facile vicibus eandem crambem recoquit. Qui conatur auferri voluntati partem illam, quam Deus, ut libera esset, eam in bono habere voluit, injuria recurrit ad S. Augustinum. Habemus ex ipso: *Ad nonnulla superanda vel quæ malè cupiuntur, vel quæ malè metiuntur, magnis aliquando, & totis viribus opus est voluntatis.* Habemus, quod ita augeatur bona voluntas per gratiam, *ut possit implere Divina mandata, quæ voluerit, cum valde perfectèque voluerit.* Subjunxit historicus: *Per la grazia, che prepara, si fa dunque che la volontà possa, mà resta ancora, ch'interamente voglia.* Integra, ac perfectâ volitio impetrari debet oratione. Post textum ante dictum refertur ex eodem loco: *Homo qui voluerit, & non potuerit, nondum se plenè velle cognoscat, & oret, &c.* Verùm adversarius omittit verba S. Augustini, cum valde, perfectèque voluerit; & affirmat, verba traducta (sunt autem ipsissima sancti Doctoris verba) continere sententiam Pelagii; (quæ ipsissima Pelagii est) atque in ejus rei confirmationem profert locum illum Pelagii, ubi ipse locutus fuit in hunc modum: *Velle & esse ad hominem referenda sunt, quia de arbitrii fonte descendunt; quam aptè ad rem, unusquisque judicet.* Indubitatum est, cum Deo etiam voluntatem operari. Nilominus plures ob causas ipsa etiam actio voluntatis Dei donum est.

De pecc. mer. l. 2. n. 3.

de gr. & lib. arb. n. 31.

PARAGRAPHO 75. immutat phrasin, nec amplius me Pelagianum, sed Calvinianum vult, asserens, secundum me voluntatem meam passivè se habere; idque quia scripsi, Deum in præveniente operari solum, in subsequente operari nobiscum. Socium saltem erroris habeo Augustinum. Ipse ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Alibi: *In uno istorum cooperatur homini facienti, alterum solus facit.* S. Gregorius in Moral. *Superna ergo clemen-*

de gr. & lib. arb. n. 33. Ad Bo.

tia prius agit in nobis aliquid sine nobis, ut subsequenti quoque nostro libero arbitrio bonum, quod jam appetimus, agat nobiscum. Etiam dictum illud: *Ut velimus, sine nobis operatur, cum autem volumus, & sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur docet, Deum prius agere, ut velimus; item illud: Operatur velle gratiam indicat prævententem, quâ Deus operatur solus, dum è contrario in cooperante agit nobiscum.*

NON scio, quando, aut ubi aut dixerim, aut cogitarim, che operando Dio il volere in noi, noi non vogliamo; nec intelligo, quomodo verba, quæ in relato D. Thomæ loco re verâ non sunt, mihi adversentur. Adduxerat adversarius, doceri à S. Thomâ, *Deum operari in nobis virtutes sine nobis*, quin notaret, eum ibidem loqui de infusis, atque ita perrexisse: Hinc in eodem libro Augustinus dixerat, *certum est, nos velle, cum volumus; sed Deus facit, ut velimus bonum: igitur ait, Deum id facere sine nobis.* Hic, ne cui hæc conjunctio fraudi foret, adverti S. Thomam locutum fuisse de virtutibus infusis, non item de illis Augustinum. In *Defensione* pronunciat, objectionem innixam fuisse *Caritati, che ci giustifica, la quale Dio operatur in nobis sine nobis*, meque enormis insinuat erroris. At vereor ego, nè gravis accusari erroris mereatur ipse, quia in eodem omnino loco D. Thomæ legitur hæc D. Augustini sententia: *Qui creavit te sine te, non justificabit te sine te.* Non igitur verum est, Deum, quando justificat, operari in nobis sine nobis. Immo si Magistro nostro credimus, præcedit aliquid in peccatoribus, quo, quamvis nondum sint justificati, digni efficiantur justificatione. Notari insuper meretur, S. Thomam, cum difficultatem solvit, dicere: *Quæ verò per nos aguntur, Deus in nobis causat non sine nobis agentibus.*

II. p. 25.

t. 2. q. 86. 2. 5. de qu. 53. 68. n. 4.

DE attenuatione liberi arbitrii post primi parentis peccatum, actum fuit ex instituto in Historiâ, allato in medium S. Augustino. Quid igitur opus erat imputare mihi, quod licet hauserim ex Magistro, nilominus per eam possibilitatem instauratur, *per quam si voluisset, nec cecidisset?* At pejus multo est, quod imputetur mihi, secundum me liberam in bonis esse voluntatem per eam, quæ, ac in malis; deductâ postmodum inde hæc consecutione: *Perperam ergo Augustinus non eandem adscribit voluntati in bonis, atque in malis libertatem.* Quisquis opus meum perlegit, judicabit non legisse eandem illum, qui hanc cudit objectionem. Quandoquidem non solum hunc locum ab adversario allatum: *Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus*, sed omnia alia similia conjuncti. Videatur pag. 378, & seqq. At non reliqui illa

ff. p. 336.

ff. p. 157.

illa finè interpretatione, neque conatus fui persuadere, ut ipse faciat: Illis Augustini verbis excludi libertatem indifferentiæ. Ostendi in omnibus ejusmodi locis Sanctum intelligere perfectionem justitiæ. Non perficio bonum, ut omnino non concupiscam; ostendique ipsum intelligere che sopra il sussistere della Concupiscenza il nostro arbitrio non hà giurisdizione, potendo ben sì noi raffrenarla, e non consentire, mà non già estinguerla, e far che in noi non sia. Quà item fronte imputari mihi potuit, quod refragatus fuero S. Augustino scribenti: *Voluntas libera est in malis; libera in bonis non est*; quodque dixerim posse nos & bonum, & malum ugualmente, tribuendo mihi æquilibrium Pelagianum; quodque tribuam gratiam omnibus per æquè; quando ego scripsi verbis disertissimis *eresia essere stata di Pelagio, che possa l'uomo da se il bene, e il male ugualmente*; & quando fusè demonstravi, come secondo Agostino la facoltà d'inclinarsi al male il libero arbitrio l'ha da se, mà quella di rivogliersi al ben soprannaturale, egli non l'ha, se non per virtù della superna Grazia, qual lo rende di tanto capace? verba ab adversario non ignorata, siquidem sensu planè opposito eadem mihi exprobat alio loco, tanquam errorem. Ostendi item de industrià docuisse Augustinum, quod possimus operari meritorie, mà per virtù della Grazia, e per la preparazion di essa nella volontà, essendo il libero arbitrio per la colpa del primo Padre talmente offeso, che non hà più tal vigore da se. At quid hic nobis rei est cum Pelagiano æquilibrio, consistente in eo, quod doceret ad libertatem requiri æqualem ad bonum & malum propensionem, qualem habebat primus parens noster in statu innocentie; habere item arbitrium æqualem potestatem ad bonum perinde, ac malum? Quid obscuro causæ est, cur tacitè hic excludantur Sancti doctrinæ? *Libertatem tibi est, si volueris, converti* Serm. c. c. 18. *Neque imperaret hoc Deus, ut faceremus, si impossibile judicaret, nè hoc ab homine fieret*. In Pl. 56. n. 1. *Si enim responderent, quid nos petis, quod in potestate non habemus, nunquid non viderentur tibi justum reddidisse responsum?* Et tamen Apostolus, nisi sciret, esse in eis voluntatis propriæ consensionem &c. Serm. 165. n. 1.

Non probavi in responsione meâ citationem adversarii, dat quod jubet, & adjuvat, ut faciat, cui jubet, quia Monachorum editio legit, dat quod jubet, cum adjuvat; & quia rō dat, cum adjuvat exponit; & dat, & deinde adjuvat potius confundit, superfluum videri faciens rō adjuvat. Ubi conjunxi loca quædam inter se, ut videtur contraria, scripsi: *Vero è che il Signore hà detto, fatevi un nuovo cuore, e vero, che parimente hà detto, io vi darò un nuovo*

cuore. Quà demum de causâ reprehendor, quod non adduxerim ibi, quæ sequuntur, meru nimirum, nō propositio in Quesnello proscripta corroboraretur, I. p. 128; & quia rō dat, quod jubet etiam displicebat Pelagio? Quæ sequebantur tum temporis non faciebant ad rem; rō dat quod jubet adductum à me est alibi sæpe; neque per id corroboratur, ut ipse quidem opinatur, propositio undecima Quesnelli, quam ipse propugnare conatur.

INNUIT incassum, ex uno solo loco Augustini deprompsisse me gratiam generalem, & specialem. Incassum negat, electionem Jacobi præ Esau denotare, quod merum munus sit vocatio ad fidem. Incassum, quod vocabula regnum, & gloria non quandoque in scripturâ intelligantur de fide. Videantur in Hist. paginæ 15, 52, 372. Affirmat me velut edicto sanxisse, acceptandas esse promiscuè opiniones D. Augustini nullâ habitâ statuum ratione, sive laicus ea scripserit, & ante Pelagianam hæresim, sive postmodum, cum Pelagianorum errori præluderet. Ut autem planum fiat quantum id absit à & pag. 69. vero, en tibi mea verba! *Qual modo in oltre d'onorar questo Padre è mai, l'assertare, che in pochissimi de' suoi scritti parlasse bene, e sanamente, e il non voler che da tutti s'impari, mà che di pochissimi si faccia conto? Più di cent' opere ei scrissè, e quantità grande d'epistole, e di sermoni lasciò, e solamente contra i Pelagiani ben trenta libri compose. Or dovremo con tutto ciò à poche delle sue carte restringer lo studio nostro &c.* Videantur ibidem reliqua; videatur item ex totâ, quanta historia, quàm longè abfuerim ab eo, quod falsò objectat. In dicti sui confirmationem adducit, relata à me esse hanc sententiam: *Quod omnes homines possunt, si velint; quia illud lumen omnem hominem illuminat veniens in hunc mundum*; quasi ista contineat errorem; quando Catholicissima est, ipsèque ostendit in Retractionibus, quàm iniquè eâ abusi fuerint Pelagiani. Idem esto judicium de aliâ, quam pariter tanquam malam adducit: *Ut venirent vocati, erat in libera voluntate*; id quod à Sancto dictum fuit pluribus locis, neque unquam fuit revocatum, aut in dubio positum, intelligendo omnino sub his verbis gratiæ auxilium.

Ad objectionem, quod Deus & beati peccati capaces non sint, & nihilominus sint liberi responsum quondam fuit pluribus modis. Mihi ita visum fuit posse responderi. *Quella di Dio, e de' beati è una libertà d'ordine superiore, e diverso, dalla quale non si può arguire alla nostra. Siccome benchè Dio, e gli Angeli vivano senza respirare, non si può per questo dedurre, che non sia necessario per la vita dell' uomo il respiro, perchè quella di chi non hà corpo è un' altra specie di vita; così benchè Dio e i beati sien liberi, e pur non possano*

se non il bene, non dee dedursene, che senza aver facoltà dell' uno, e l'altro, possano esser liberi gli uomini, perchè quella è un'altra specie affatto diversa di libertà. Iddio e l'anime beate son libere, in quanto la libertà è perfezione, non in quanto racchiude in se, o suppone anche imperfezione, ora poter peccare imperfezione è senza dubbio. D. Thomas docuit: *Aliter invenitur liberum arbitrium in nobis, & in Angelis, & in Deo.* Non itaque contendendum est, inesse illud omnibus eodem modo. In-

II. p. 62. fert Adversarius, che secondo questo si dunque stordito e ignorante S. Agostino, mentre più volte oppone a Pelagiani questa ragione, e li Pelagiani mai ardivono servirsi d'una tal risposta. Quæ consecutio, quis sensus, quis nexus in tot verbis reperiatur, discutiat per me licet, qui tantum habuerit otii. Adjungam hic, posse etiam responderi, tamen si Deus, & beati non habeant libertatem contrarietatis, vi cujus possint & facere bonum, & facere malum, utpote quod ipsorum, non nostræ, repugnat naturæ; habere tamen libertatem contradictionis, hoc est potestatem faciendi, & omittendi; siquidem possit Deus condere, & non condere, præbere vel non præbere auxilium; possintque Sancti orare Deum pro nobis, vel non orare; id quod reducitur ad speciem quandam indifferentiæ, hoc est facultatis quæ sit ad utrumque. Conqueritur, quod pergit insistere, atque urgere Historicus, nec S. Augustinum, nec alium quempiam SS. Patrum operari omnem definitam gratiam. Toto responso suæ paragrapho nō unum quidem valet adducere, qui ita eam definiat, unde adversus ipsum militat & veritas, & ratio. Quod fuerit semel ab Augustino vocata *inspiratio dilectionis*, & semel *voluntas* à D. Thomæ, non evincit, definitam fuisse per vocabulum *operatio*, vel *actio*. Diversa multo phrasis est *omnipotens voluntas*, *omnipotens operatio*. Ubi S. Thomas habet, eam appellari *voluntas Dei gratis aliquid dantis* vis est in eo *gratis*, quia de eo ibidem agebatur; nec aliud sibi propositum habuit Sanctus, quam exponere benignitatem Dei, cum tale dictum accommodari æquè possit ad omnia Dei dona gratuita. De definitione illà *inspiratio dilectionis, ut cognita Sancto amore faciamus, quæ propriè gratia est*, sæpius loquitur Anonymus, sed non puto illà ipsum rectè uti. Explicuit per hanc Augustinus præcipuum quandam effectum gratiæ, at in animo non habuit assignare definitionem adæquatam, quæ omnem complecteretur gratiam. Non est igitur Divina gratia *inspiratio fidei*? atque ita loquendo de omni virtute, & actu salutari? Ex hac definitione videtur quoque erui, donum dilectionis esse propriè gratiam, ac potiori quidem jure, quam actio inspirationis, dilectionis, quæ propriè gratia est.

QUANDO scripsit historicus, assignari ab adversario definitionem aliquam gratiæ, quam nec S. Augustinus, nec S. Thomas unquam attulit, sermo erat de illà gratiā, quam ipse pro fundamento sui systematis statuit, totiesque repetit, nimirum, quod *Gratia sit operatio Dei*, & aliās: *Gratia est actio Dei*. Nil itaque ad dictum hoc falsi convincendum confert, quod pluribus in locis adhibuerit vocabulum: *Inspiratio dilectionis*, & *voluntas Dei*.

NOTA aliis in regionibus sunt scripturæ quædam, in quibus nonnulli ante annos bene multos sophismate quodam dialectico ostendi contendebant, nostrum bene agere provenire à Deo; non item à nobis. Seu quod idem est, voluntatem nostram esse hæc in re principium merè passivum. Adversarius in primis affirmat hanc esse argumentationem non sectariorum, sed orthodoxorum, hæcque sequela: *Il nostro determinarci al bene non vien da noi, ma da Dio nihil esse verius, nihil certius*. Tamen si perspicuum sit ex contextu, consecutione hæc inferri, non venire id præcipuè, sed tantummodo à Deo. Affirmat præterea adjudicatum à me sæpius hunc *paralogismum fuisse Catholicis*; ejusque à me per summam fraudem insinuari Catholicos. Ubi mireris, quod eodem tempore referat, vocari illud à me *ridicolo fossima*, ejusque à me falsitatem commonstrari. Quis credere possit antilogias adeo inauditas?

REPERIUNTUR etiam in binis hisce libris, quæ ipsius principis repugnent. *Amor Dei, quem ex libero arbitrio oriri, atque aliarum actionum omnium, quæ ad salutem pertinent, initium utrique esse consentiebant.* Animadverti in hunc locum, offendi piæ aures, cum ita apertè dicitur: *Amorem Dei ex libero arbitrio oriri*; cum nihil sit, quod propriè magis Dei munus sit, quam iste. Responsiones, quas adfert, nil juvant, licet enim amor Dei sit motus liber arbitrii, non continuè probandum est, cum dicitur simpliciter Caritatem ex libero arbitrio oriri. Nec poterant consentire Catholici propriè loquendo, quod primum actionum salutarium principium potius foret Caritas, quam fides, aut gratia. Ad Cassianum porro, Faustum, & Gennadium quod attinet, rogo solum ut legere non gravetur lector, quæ de iis scripti. Idem dicere possum de parvulis sine baptismo decedentibus. Castigationem quam mihi adhibere vellet Anonymus ob allatas auctoritates, per quas flammis non urantur, adhibeat S. Gregorio Theologo, S. Gregorio Nysseno, S. Bernardo, Innocentio tertio, Magistro sententiarum, D. Thomæ, aliisque compluribus; imò ipsi etiam Augustino, ubi scripsit: *In damnatione omnium mirissimè futuros, in damnatione omnium levissimè.* Incassum

I. p. 17.

v. 11. p. 384

mibi objicit dolores, ac cruciatus hujus vitae, quando ego locutus sum de aeternis.

CAPUT V.

Continuatur idem argumentum.

I. p. 15.

MULTOS historici locos congerit, ut ostendat versari eum in errore (errorem enim ipse esse existimat) cum docet, aliquam omnibus concedi gratiam; Verum non oportet fidem prestare omnibus, quæ profert. En tibi loca, uti leguntur in historiâ. Post illud Augustini: *Verum est enim omnino, omnes homines hoc posse, si velint; subjungitur hist. p. 234. Tutti possono dunque secondo lui, ma non per quisto possono da se, e senza ajuto, onde l'aver tutti gli uomini la facoltà di far bene, non dee far credere, che l'abbiano per virtù propria. Pag. 238. Si preparano a dunque le volontà degli uomini della grazia. Et 240. Per la grazia dunque, che prepara, si fa, che la volontà passa, ma non resta ancora ch'essa interamente voglia. Hic enim verò Anonymus: Scilicet cum Pelagio gratia dat posse, non dat velle; non est illa, quæ tantummodo preparat. At quâ fronte hæc obmovent Augustino, cujus verba ibidem opposita sunt? Ut possit implere Divina mandata, quæ voluerit, cum valde perfectèque voluerit. Quâ fronte reprehendit, quod toties SS. literæ, toties SS. Patres prædicant, che à noi tocca di convertirci, di cambiarci, di preparare il cuore, di correggerlo, d'inalzarlo? Habetur in historiâ p. 248. Che la benignità di Dio aspetta il peccatore, e la sua penitenza; il che viene à dire, che dopo aver prevenuto con le sue ispirazioni attende per favorir chi consente. Quinque loca S. Augustini sustinent, ac fulciunt hoc dictum; quorum unum hoc est: In omnibus misericordia ejus prævenit nos; consentire autem vocationi, vel dissentire sicut dixi propriæ voluntatis est. Pag. 251. habetur: Che tenne S. Agostino, quel tanto di Grazia, ch'è assolutamente necessario per la salute concedersi à tutti da Dio, benchè con ciò altri si salvi, altri no, perchè come insegna, ad altri è utile à penitenza, ad altri inutile per colpa loro, e per loro ostinazione. Et paulò post in Retractionibus: A tutti dunque si prepara la volontà, è tanto si dona à tutti, che possono. Verum est enim omnino, omnes homines hoc posse, si velint; sed preparatur voluntas à Domino, & tantum augetur munere caritatis, ut possint. Si hujus gratiæ ope alius penitentiam agit, alius non agit, & si potestas omnium à caritate nascitur, in propatulo est, de fidelibus esse sermonem. Lepidè objicit Anonymus, ex dictis his, cum necessaria sit fides & perseverantia ad salutem, consequi, hæc omnibus à Deo impertiri. Ferit æquè Augustinum bella isthæc objectio, quippe qui dixit: Omnes homines. Videatur responso.*

Profert Anonymus dictum illud, quod arbitrium nostrum sit liberum, quemadmodum fuit arbitrium Adami; at non recitat finem periodi, ch'egli potea senza il bisogno, che abbiam noi, che ci sia resa la possèssà del ben sopranaturale dal peccato tolta. Ejusdem farinae sunt loca reliqua ex historiâ excerpta; quæ tamen huc transcribere supervacaneum est; idque eò magis, quod modò in uno, modò in alio confirmationis hujus loco recensita fuere omnia. An, qui ea reprobat, nolens consensum esse nostrum, gratiam aliquam interioriorem donari omnibus, dictare suam cuius conscientiam, Deum existere, se non dogmati, & Catholicis opponat doctrinis, judicent ii, ad quos pertinet. In historiâ post textus: Illis datur, ut credant, illis non datur, fors audiunt, intus non audiunt; subjungitur: Il complesso di tutto il ragionamento non ad altro tende se non à stabilire, che il dono è gratuito, e che nulla del nostro precede. Eruit hinc Anonymus, id hic agere Historicum, ut suadentur fidem esse communem non credentibus quoque, & immediatum Dei opus, ac donum peculiare non esse. O superum, hominūque fidem!

VERBA illa Augustini: *Aliter Deus præstat, ut velimus, aliter, quod voluerimus*, ita reddita fuere in Historiâ. *Altramente dà Iddio, che vogliamo, altramente che già volemmo*; quam interpretationem acriter infectatur Anonymus nemine non mirante. Liceat mihi hic observare, obscurum admodum esse hunc locum, quemadmodum legitur in impressis: *Aliter enim Deus præstat, ut velimus, aliter præstat, quod voluerimus. Ut velimus enim & suum esse voluit, & nostrum, suum vocando, nostrum sequendo. Quod autem voluerimus solus præstat; id est posse bene agere, & semper beatè vivere. Quid sibi vult amabo: Præstat aliter quod voluerimus? Quid sibi vult: Quod voluerimus, solus præstat, id est, posse bene agere? Mihi quidem videtur locus hic sanari posse hoc modo: Aliud enim Deus præstat, ut velimus, aliud præstat, quod voluerimus. Et post verba intermedia: Quod autem voluerimus, solus præstat posse bene agere, & semper beatè vivere. Hoc est: Altro ci dà Iddio acciò ch'è vogliamo, ed altro ci dà perchè abbiam voluto: che vogliamo; ha voluto sia e di lui, e di noi, di lui chiamando, di noi sequendo: ma poichè abbiam voluto, ei solo ci dà la potenza di operar bene, e la eterna beatitudine.*

HISTORICUS loquens de interiore lucetate, quàm in sua conversione passus fuit Augustinus, scripsit in hæc verba: *Quella, che così fortemente pugnava in lui, non era per certo piccola Grazia, e tanto più che alla fine vinse; nè non per questo producea per se il consenso, nè il volere, poichè ei fece resistenza sì*

II. p. 20. *lungo tempo. Hoc ubi refert Anonymus, ei tribuit, quod dixerit, che la grazia non produce il consenso, nè il volere, & asseruit nè Pelagium quidem tantum assere ausum fuisse. Mutat tò non produxisse promptè in illà occasione, & non produxisse se solà, id est, sine voluntatis consensu, in tò non unquam producere, atque inde maiorem Pelagianà exculpit haresin. Quandoquidem autem aliam ille gratiam non admittit, quàm triumphantem, & tò velle producentem, mirum videri non debet, quod gratiam excitantem, & pugnantem, utpote systemati suo contrariam, conetur subvertere. Operatio, quā velle in nobis à Deo producit. I. p. 31. Actio, quā Deus producit in nobis ipsum velle. I. p. 24. Alia enim secundum ipsum non datur gratia.*

LEPIDA quoque est impacta hæc historico accusatio. *De caritate loquens è censu virtutum Theologicarum illam expungit. Quàm paradoxa non sensa hic author promit! pro ratione adducit, dixisse ipsum, quod Augustinus usurpavit quandoque nomen Caritatis in general significato, & non pro teriti virtute Theologica, uti quando dixit: Quid est dilectio, vel Caritas, nisi amor boni? quodque ita intellexerit in loco illo, de quo ibidem sermo erat. Quid hoc aliud est, quàm caritatem ex albo virtutum Theologicarum expungere? Sententia illa, ubi non est dilectio, nullum bonum opus imputatur, significat, non esse meritorias actiones eorum, qui Caritatem Dei non habent; non verò uti Janseniani teste historia decantant: Che ogni azione dell' uomo venga indispensabilmente da un estremo, ò di perfezion Cristiana, ò d'empietà detestabile, che fino gli atti di Cristiana pietà sien peccaminosi, se da pura abitual Carità non procedono, e che chi è in peccato, nuovo peccato commetta, se fa orazione.*

III. p. 15. *Non prætereunda silentio est materia de Prædestinatione. Habetur in historia: Che la vocazione alla fede è mero dono di Dio. Reprehendit hoc dictum Anonymus, inquit, suspicari hic licere non esse huiusmodi donum etiam prædestinationem ad Gloriam.*

II. p. 63. *In hac quippe partem habere potest præscientia meritorum, non item in alterà. Ratio, quam adfert, est, quod S. Augustinus textum illum Exodi, quā nos vocavit in suum regnum, & gloriam non pro meritis nostris, sed pro misericordiā suā, exposuerit de vocatione. Verum demonstratum fuit in historia, per regnum & gloriam intelligi quandoque in Novo Testamento ipsam fidem. S. Paulus ad Thess. I. II. 12. Vocavit vos in suum regnum, & gloriam. Hinc D. Augustinus: Nos vocavit in suum regnum, & gloriam. Quomodo potest contendere Adversarius, S. Paulum, & Augustinum, cum loquantur de populo vivente, asseruisse, il-*

los fuisse omnes ad gloriam prædestinatos? atque hic ultimus se ipsum? nos vocavit. Tuetur paradoxum hoc Anonymus, dicendo: *Chi hà ricevuta la gratia d'esser fatto Cristiano, deve esser creduto destinato all' acquisto del Cielo. Verum parum est versatus in doctrinā S. Augustini. Quis enim ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate vivitur, in numero prædestinatorum se esse præsumat? Non observavit totum loci contextum, qui ita pergit: Quoniam enim se gentes introducitur pollicebatur &c. Ex toto contextu liquet, ipsum loqui de fide. Sed lepida sanè res est, velle hic omnino Anonymum, quod prædestinatio ad gloriam sit donum merum, ac gratuitum, posteaquam docuit, quod merita nostra anteverrant prædestinationem ad gloriam.*

DISTINGUI ab Augustino sæpenumero prædestinationem ad fidem ab eā, quæ est ad gloriam, luculenter adeò mihi demonstrasse videor, ut nihil magis. Non probavi, quod scribit adversarius, nimirum in illà Augustini sententiā: *Inter gratiam porro, & prædestinationem hoc tantum interest, quod præparatio est gratiæ preparatio, gratiæ vocabulo intelligi bonos motus liberi arbitrii; Non enim mihi persuadeo, extitisse unquam Theologum vel antiquum, vel recentiorum, qui locutus fuerit in hunc modum. Produci à gratiā motus bonos liberi arbitrii, non sufficit ad hoc, ut propriè dici possit il vocabolo di Grazia comprende i moti dell' arbitrio. Exemplum S. Thomæ, & S. Augustini quæ profert in Apologia, longissime abunt ab huiusmodi operatione, ac proinde ad eam commendandam nil conferunt.*

Quod deinde adducat locum aliquem, ubi Sanctus loquatur de unā solā prædestinatione, id sanè non subruit alia illa, quibus easdem distinguit. *Non erant de nostri, dicitur apud S. Joannem. Come non erant de nostri reponit Augustinus in lib. de persever. non erano col battesimo rigenerati? Imò verò responderet: Ma non erant de nostri secondo cert' altra separazione: Secundum aliam quandam distinctionem non erant ex nobis. Paragrapho 187. fatetur adversarius, non egisse Augustinum de prædestinatione ad gloriam separatim, & consulto; & fatetur vocasse eundem illam gratuitam, quatenus nempe merita sunt dona gratuita: ex adverso illam, quæ est ad fidem docuisse penitus gratuitam esse. Omnia hæc ad amussim à me fuerant exposita, & declarata, unde cogi se videbat ad me laudandum. Cùm ecce tibi subdit contrario: Hæc sibi si præscripsisset Historicus, non ed licentia processisset, ut assereret, sive dicas prædestinationem ad gloriam referri ad præscientiam meritorum, sive præscientiam non in ejus*

de corr. &
gr. n. 40.

partem venire, te sententiam tueri, in quâ tanto è Cattolico, chi tien l'una, come chi l'altra sentenza; idèoque fuisse Augustinum planè sui juris. Quis autem id vocare potest in dubium? Nonne & hodie dum divisi inter se sunt Orthodoxi, dum alii hanc, alii illam propugnant opinionem? & quod demum pacto dicere poterat, me, ubi Sanctus prædestinationem ad fidem declarat merè esse gratuitam, mendacium exprobrare? Nonne hoc ego fusè retuli, & pluribus paginis iteravi? Videatur etiam Responsio n. 28. Nonne demonstravi in historiâ, come nel linguaggio di S. Agostino, esseri una cosa prædestinata altro non significare molte volte, che doverci esser data da Dio? quodque liber de prædestinatione S. scriptus fuerit contra Semipelagianos, nolentes prædestinationem ad fidem unicè à Deo procedere? nonne ob oculos posui, titulum hunc de prædestinatione S. idem ipsi fonnisse, quod de fide, quæ est donum Dei?

III. p. 272.

UBI recensui loca illa Augustini, unde conjici posset prædestinatio ad gloriam, inter cetera etiam adduxi sequentem: *Non prædestinavit aliquem, (ad gloriam) nisi quem præscivit crediturum, & secuturum vocationem suam, quos & electos dicit.* Hoc effarum vehementer insectatur adversarius, quasi hoc etiam excluso, non remaneret tot alia!

II. p. 129.
II. p. 38.

Dum autem verba mea refert, omittit illa *alla Gloria*, planè quasi scriptum esset: *Non prædestinò alla fede; invehitur in me, tanquam si hunc Augustino errorem tribuerem.* Neutrum sanè expressit Augustinus. Quod autem intellexerit de regno cœlesti, facillè colligitur, quia ibidem loquitur de dicto illo: *Multi vocati, pauci verò electi*, quod in lib. de corr. & gr. ita exposuit. *Electi autem sunt ad regnandum cum Christo.* Quod porro confirmatur, quia finit in hæc verba: *Quos & electos dicit;* per electos autem vir sanctus passim intelligit homines ad beatitudinem destinatos. In illud Joannis: *Ego scio, quos elegerim. Quos? nisi eos, qui beati erunt faciendo ea, quæ præcepit,* ad Simplicianum scribit: *Invenit opera, quæ jam eligat ad regna Cœlorum.* Non igitur his in verbis continetur error Semipelagianus; idèoque, postquam in retractationibus omnia ea loca, quibus fidem tribuebat nobis, aliâque his cognata summâ cum diligentia adduxerat, hujus nullam iniecit mentionem. Ex quo, non obstantibus omnibus istis in contrarium declamationibus, certus reddi facillè quivis potest, sibi què planè persuadere, S. Augustinum in loco ante relato locutum fuisse de gloriâ, non item de fide. Videantur in responsione pag. 17. quæ dixi de incredibili ineptiâ, quod omni ferme loco, ac sexaginta amplius vicibus, atque iterum in apologiâ suâ mihi exprobrat, cen-

sere me, gratiam esse entitatem, aut entitatum, huic tanquam basi superstruens historiæ vilipendium, atque argumenta sua in contrarium, quando in illa nè verbum quidem istâ de re protuli, nec proferre potui; quippe in quâ aliud faciendum non susceperam, quàm Patrum antiquorum referre sententias; quibus hujus nunquam disquisitionis in mentem venit, quique nunquam hujusmodi quæstionis meminere.

CAPUT VI.

Quàm vanè falsi postuler in locis relatis.

INTER omnes, quas in me adversarius commentus fuit criminationes nulla falsior, nulla ineptior, nulla insultior est istâ. Videre facili negotio unusquisque potest, an præposterè versâ fuerint hujusmodi loca, quando Græca & Latina semper verba ad marginem adscripta leguntur. Quandoque autem post locum, & prima ejus verba indicata subjici signum hoc &c. necessarium omnino est, nisi velis integras, easque prolixas describere paginas, quas adire qui volat, potest. Quandoque etiam non integer allatus locus est, quod ea quæ sequebantur, ad propositum non facerent, & verba prætermissa relata sæpius essent alibi, atque non rarè in illâ ipsâ paginâ. Cum autem nullum fidèi dogma, quod quidem alicujus momenti sit, paucioribus quàm 10. vel 20. testimoniis firmatum, ac consolidatum fuerit, quid amabo emolumenti nasci poterat ex uno alterove vel occultato, vel corrupto? Quæ omnia observari jamtum potuere in hac ipsâ confirmatione, & brevi responsione, eum actum ibidem fuerit de pluribus id genus locis, quos adversarius aut truncatos, aut corruptos contendit. Nè tamen ullus desideretur: En tibi illos, quorum aut nullam, aut obiter tantummodo mentionem fieri contigit!

NON erit tamen abs re, ut impactarum historico calumniarum, atque imposturarum extet specimen, sequentem observationem prætexere. De Jansenianis illis speculationibus, quod nimirum alia non sit virtus nec Theologica, nec Moralis præter Caritatem, in responsione suâ disseruit hoc modo: *Ben' à ragione storpiare, e trasfigurare volendo tutta la Morale questi Novatori, non già per le sudette definizioni, ma co' lor ritrovati, di screditare le antiche, e le moderne scuole procurano; ma converrebbe loro ancora distruggere il senso commune, e il natural lume.* Adversarius ei hic imputat, quod dixerit non quidem Novatores, sed Augustinum hoc pacto torfisse, ac deformasse Ethicam, atque in hanc periodum ita loquitur: *Se con tali dottrine S. Agostino abbia storpiata, e trasfigurata la Morale, come pretende questo*

I. p. 49.

letterato, accenni, dove mai nell'opere del Santo si truovino le tante proposizioni dannate dalla Santa sede. Hic enim verò est ipsius stylus, hæc sunt accusationes ejus, ac hujus furoris sunt rationes, quibus non citra horrorem affirmat, Historiam calumniis in Augustinum usquequaque scateere. Occurrente in historia sermone de locis ad electionem Divinam pertinentibus factum non semel, ut æquum erat, discrimen fuit inter electionem ad fidem, & ad gloriam. Dixit Servator ad Apostolos: *Beati eritis, si feceritis ea: non de omnibus vobis dico; ego scio, quos elegerim.* Patet hic, locutum ipsum fuisse de electione ad æternam beatitudinem; ideoque subdidit Historicus: *Sapea come trà gli eletti, che lo ascoltavano, uno d'era, il quale per sua colpa non avrebbe partecipato dell'altra ulteriore elezione; perchè per gioir di quella insegnò Agostino, che bisogna amare, e non tradire: qui enim diligunt, quia diligunt, eliguntur.* Ex his ansam arripit asserendi adversarius, callide fuisse relata dicta S. Augustini, atque ita deturcata, ut puram, putamque hæresim spirare videantur. Dicit, historicum scelestis purum non adducturum fuisse hæc verba, quin adduceret quoque decem versus præcedentes; qui tamen non faciunt ad id, de quo ibi agitur in historia. Duos autem horum ipse quoque fecit, affirmans ex his solis inferri: *Electiōi præire merita.* Confundit hic ac permiscet electionem ad fidem, & Apostolatum cum electione ad gloriam. Si parla dell'elezione alla Gloria, uti ipse consentit. Ex hæcenus autem relatis an puræ patæ hæreseos damnabitur, qui ait gloriæ æternæ præire merita? Quod autem innuere voluerim ego, etiam ab electione ad fidem merita respici, id enim verò fieri nequit, ut quisquam suspiceretur; quando sequitur hoc ipso in loco cum S. Joanne: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Et cum Augustino: *Non est, ut dicas; ideo electus sum, quia jam credebam.* Videatur etiam Responsio pag. 52.

De mutilationibus, sinistrisque interpretationibus, imputatis capiti X. libri mei XII. consulatur Responsio n. 35. Proposui initio, quod operetur Deus fidem nostram; id quod ita reddo: *Produce egli la nostra fede.* Hoc non obstante, non recedo, si ipsi credimus, ab opinione Pelagii. Sequitur: *Miro modo agens in cordibus nostris ut credamus: operando con mirabil modo ne' nostri cuori, che crediamo.* Non recitavi fusiùs paragraphum Augustini, sed retuli dicta omnia spinosa magis, & difficiliora. Illis datur, ut credant, illis non datur: foris audiunt, intus non audiunt &c. atque ita de ceteris; unde quo jure insinulari possum dissimulationis, & rectæ fraudis? Plures, quàm una, afferri explicationes possunt: An meum erat

omnes proferre in medium? Eo redit summa rei, ut omnia sint donum gratuitum, nihilque procedat ab homine, id quod sub finem expressi.

MIRUM quantum tumultuatur, quod pag. 362. non habeantur hæc verba: *Quia libertas est caritatis.* Sufficiet videre responsum num. 36. Adde, quod locus iste relatus fuerit diffusè & paulò ante, & duobus aliis in locis. Quà demum de causâ, aut quam demum ob hæresin ejusmodi effectum horrere poterat historicus? Pugnat, debuisse continuâ serie describi integrum hunc locum, imò pergi ad paragraphum sequentem. At quid obsecro habetur in binis illis paragraphis, quod non sæpissimè legatur in historia? Videt vel ipse hoc in loco, interruptum esse textum, cum legatur *videtur, sine quia;* debebat proinde agnoscere hic typi errorem. Qui cum non esset alicujus momenti, nihil ei juris erat, cur eum vocaret lacunam subdole effosam, aut testi iniquamente mazati. Quis unquam inficiatus est, cum Caritate conjungi libertatem? & à Caritate libertatem produci? Cui item in mentem venit unquam, debere hæc verba à textu Augustini rescindi? Er quo jure probari poterit, quod post recitata hæc verba: *Liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur, alioquin ubi necessitas nec corona est,* subjici videamus ab Anonymo: *Hæc est obiectio Pelagii.* Quis enim, cum hæc legit, non persuaderet sibi, non fuisse hæc adducta tanquam objectionem, & dictum Pelagii? quando reapse sunt verba D. Hieronymi, & ab Augustino laudata, at quibus abutebatur Pelagius malè illa suam in rem interpretando. In summâ, hoc maxime hic agitur, ut spectetur scopus, & summa rei, quæ hoc in libro, omnibusque locis relatis traditur. Hoc est: *Nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur; & rectè faciendo nullum est vinculum necessitatis.* Cum quo dogmate non pugnat, quod aliis in libris dicat S. Augustinus, quod sit quædam peccandi necessitas, cujusmodi dicta vult Adversarius eo in loco, etsi ad rem non faciant, proferri, quo planum sit, ipsum eorum sensum planè non assequi. Ipsissimum hoc dictum, aliaque similia adducuntur longâ serie in libro XIII; ita tamen, ut ostendatur, quam in partem accipi debeant, & quomodo prorsus non adversentur dogmati Catholico. Hallucinatus est Calvinus in antidoto, quod ea non rite intellexerit. Quando retuli epistolam D. Pauli ad Tim. adduxi dictum illud: *Te ipsum castum custodi;* & commentationem S. Augustini: *Nunquid non liberum arbitrium Timothei exhortatus est Apostolus dicens, contine te ipsum? Et in hac re potestatem voluntatis ostendit, ubi ait: Non*

18. p. 75.
de gr. &
atb. n. 7.

habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis; quae sunt verba Apostoli ad Corinth. Hic enim verò pluribus exaggerat, elucere sublestant fidem meam, afferri- que à me locum discerptum, & concisum, ut ponerem solummodò malitiosè verba faventia Pelagio; mearumque fuisse partium, describere etiam reliqua illius paragraphi, propterea quòd epilogus illius hic sit: Et Dei donum est, & liberum arbitrium; quasi verò id modo disputaretur, quasi id controverteretur, quali foret, qui id negaret, & quasi in opere meo hæc sententia non repeteretur centenis ampliùs vicibus. Verum omnia hæc non sufficiunt ad evacuare il veleno di quella mutilazione. Lepidissimum est, quod illa ipsa verba, quæ à me occultata ait, palam ac disertè recitarem pag. 322. p. 324, & alibi.

IMPUTAT mihi, quod occultarem dictum illud: Dat, quod jubet, cum adjuvat, ut faciat, cum jubet; quam doctrinam quam demum ob causam remove ab oculis debuissem, profectò non intelligo. Verum de his videatur responsio n. 32. Cum referebam librum de Correct. & grat. & attigeram locum illum: Horum fides, quæ per dilectionem operatur, profectò aut omnino non deficit, posui & cetera; nè omnia opus foret exscribere, gradusque fieret ad ea, quæ magis ad rem erant. Non enim sunt à massa illa &c. verba quæ sequebantur, sunt hæc: Aut si qui sunt, quorum deficit, reparatur, antequam vita ista finiatur. Historicum hæc reticuisse ait, ut S. Doctore imponeret; & subdole obtruncatum videri illum textum, ut suspicionem moveret lectori, errasse Augustinum. (Sceleratæ profectò cogitationes! iniqua Consilia!) Augustinum nempe illum, in quo deprædicando potissimam partem occupatur historiæ? Qualis error, rescisso hoc periodi membro imputetur Augustino quis poterit divinando assequi? Quis assequi ac proferre causam posset, ob quam celare deberem fidem, si quando in homine ad gloriam Cœlestem destinato desit, reddi tamen ante vitæ finem, & reparari.

CAPUT VII.

Defenditur Præpositus Muratorius, ab Anonymo inter Pelagianos relatus.

ABSOLUTA jam apologiâ meâ, æquum sanè est adjici aliam Clarissimi cujusdam viri, & æquè impugnati, accusatique gratiâ. Socium mihi in Pelagianismo adjungere mihi voluit Anonymus; neque gravatè me eidem adjungam, quando delegit defunctum nuper Muratorium, virum illustrem sanè, & magni nominis. Prolixum contra ipsum Tractatum attexit sub finem seu appendicem, objiciens ei quinquaginta

facile vicibus, quod doceat, gratiam esse entitatem; quanquam & hic quoque id nec dixerit unquam, & fortè nè cogitavit quidem. Multi illi errores, quorum ipsum reum agit, sunt iidem cum erroribus mihi imputatis; in quibus proinde iteratò diluendis necesse non est operam insumere. Ceterum ille, siquidem Anonymi judicio stamus, prevenuto dà pregiudizi delle scuole, ne addottò il gergo, senza formar idea de' vocaboli, che materialmente prosperisce. Eidem objicit di non aver indicato, cosa pretendà, che sia la Grazia; & tanquam errorem, quod doceat concedi à Deo unicuique gratiam sufficientem. Etiam ille si unisce al sentimento de' Pelagiani, e Semipelagiani. Præterea pretende stabilire circa la predestinazione, e la Grazia un pironismo. Peccat etiam in usu di que' vocaboli equivoci Grazia preveniente, e concomitante. Verbo: in eadem nos ambos navi collocat. Notandum est, quod imputet magno illi viro, idque iteratis vicibus, quod sit Plagiarius, e che pretendesse d'aver composto li prolegomeni d'un libro, quando sono vero parto del Crondermo. Necesse habebat quippe Muratorius, si superis placet, cum aliud nihil scripserat, usurpare hæc sibi prolegomena, ut in Authorem censum veniret! atque de hujusmodi literato dici debebat adeò contemptum, quod scribendo deficiat, ac dediscat.

IMPUTAT eidem tanquam errorem inconcusso dogmati contrarium, quod non existimavit actum planè de illo esse, ubiunque è fuori della Chiesa; asserens, non esser dubbia à chi è buon Cattolico la perdizione di chiunque è segregato dalla chiesa Cattolica. Quibus verbis defendit damnatas in Bulla propositiones: 26. & 29am. Extra Ecclesiam nulla conceditur gratia. Nulla datur gratia nisi per fidem. Non reputat secum, quot viæ ad reducendos infideles Deo misericordissimo pateant, & quomodo etiam ipsis luminis quoddam genus impertiatur. Neque cogitavit de baptismo desiderii, docente Tridentinâ synodo, non posse quenquam transferri ad statum adoptionis sine lavacro regenerationis, aut ejus voto. Non vidit Augustinum, ubi scribit: Paucissimi (igitur quibusdam) esse donatum, ut nullo sibi homine prædicante per ipsum Deum, vel per Angelos doctrinam salutis accipiant. Non recordatus est D. Pauli: Factores legis justificantur: cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ipsi sibi sunt lex. Vellent, parvulos ad flammam addictos; majorem hominum partem excecatos Decreto; reliquam mundi partem spem non habere remedii. Quale odium humani generis!

ACCUSAT eum, quod censeat, non expedire proponi pro concione & è suggestu

II. p. 90.

p. 91.
p. 102.
p. 92.II. p. 79.
& 90.

p. 110.

Sess. 6. c. 5.

de Don.

per n. 42.

Rom. II. 11

p. 92. *abstrusas de prædestinatione, & gratiâ quæstiones, & ait che ciò anche li Pelagiani disapprovavano. Verum à Muratorio stat Augustinus, chi agens de prædestinatione scribit in hæc verba: Quæ tamen non ita populis prædicanda est, ut apud imperitam, vel tardioris intelligentiâ multitudinem redargui quodammodo ipsa sua prædicatione videatur. Verba sanè aurea, & digna quæ ab omnibus Verbi Divini præconibus in opus redigantur! Damnat ibi Sanctus modos quosdam loquendi, atque ita præscientiam Divinam jubet prædicari, ut hominis segnitia repellatur, dicendo: Sic currite, ut comprehendatis, atque in ipso cursu vestro, ita vos esse præcognitos noveritis, ut legitime currueritis.*

IN eo Pelagianæ hæresis versari cardinem putat, quod supposuerit Pelagius consistere libertatem nel poter volere, e non volere; eleggere e non eleggere quello, che appartenga all' eterna salute, ch'è l'opinione ancora del Sgr. Preposto. De his videatur cap. 13. libri primi, & historia tota, speciatim libro nono. Renunciasset Catholico dogmati Muratorius, nisi ita sensisset. Exaggerat Anonymus, che altrettanto s'inculcava da Pelagiani; & quod etiam illi adduxerint hos textus: *Ante hominem vita, & mors &c. Apposuit tibi aquam, & ignem &c.* At Pelagiani asserbant, posse hominem æquè viribus naturæ eligere bonum, ac malum, & hoc reprehendebat S. Augustinus; adversum hoc monebat, naturam esse vitiatam, nec superbiâ debere cinerem efferi. Et sanè mox adducit eo loco ipsorum principium, non posse nimirum auferri unquam, quod inseparabiliter insitum probatur esse naturæ. Verum quando & ipse eisdem proferebat textus, & ostendebat, quod liberum arbitrium & ad malum, & ad bonum confutandum sit nos habere; quodque & peccatum, & recte factum sit in libero voluntatis arbitrio, intelligebat semper, suppositâ ad eligendum bonum supernum gratiâ liberante; quemadmodum intelligunt etiam hodie dum omnes orthodoxi, nec dubitari potest, an etiam ita senserit eruditus, ac religiosissimus Muratorius, cum tacitè semper, atque omni ætate inter viros sanâ doctrinâ imbutos recepta fuerit, ac vigerit hæc hypothesis. D. Thomas: *Nunc etiam, quodcumque vult homo, datur ei; sed quod bonum velit, habet ex auxilio gratiæ.* En omnem dissolutam difficultatem, & stabilitum illud: *Quodcumque vult, datur ei.* Infert Adversarius si libertas consisteret in potestate eligendi, & non eligendi, non futurum fuisse liberum Christum Dominum, nec liberos fore beatos. Videatur locus, ubi hoc argumentum solutum fuit; quippe in quo ab unâ specie arbitrii ad aliam fit saltus, quodque unum illorum est, quæ jam inde à primis cum

Iprensi scholâ disceptationibus, ventilata fuere à Catholicis.

SCRIPSIT Muratorius, che Dio esigge da noi opere buone, pronto ad aiutarci acciocchè le facciamo. Sanctæ huic propositioni ita applaudit Anonymus non avrebbero potuto favellare diversamente i Semipelagiani. Quid est igitur, quod dixerit scriptura: *Homini est animam præparare*, nisi quia Dei non deest nobis auxilium? Quid est, quod dixerit S. Augustinus: *Nunquam tibi deest, tu illi noli deesse.* -- *In voluntate cujusque est, utrum tenebre sit, an lux.* -- *In tuo arbitrio posuit Deus, cui pares locum, Deo an diabolo.* -- *Homini autem Deus dedit liberum arbitrium, & si vult, heri fuit palca, hodie fit lux;* nisi quia Deus nos non derelinquit? Quid est, quod gratia detur per Christum pusillis, & magnis? An Semipelagianus erat D. Thomas, qui docuit: *Deus quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare; Deus non desinit ab agendo, quod est necessarium ad salutem; Deus vult omnes homines salvos fieri, & ideo gratia nulli deest, sed omnibus quantum in se est, se communicat.*

PERSTRINGITUR ab Anonymo ille prædicare, che chi opererà bene, avrà la vita eterna, e chi male, un castigo eterno. Adjungit, che non basta dire al popolo, che Dio è pronto ad accogliere, chiunque à lui ricorre con verae penitimento, perchè altrettanto si predicava anche da Pelagio. Omnia quippe hæc reprehendenda censet in sacris Oratoribus, & pergit: Molto meno sembra conveniente l'inculcare al volgo ignorante, come pur troppo generalmente si fa, che Dio accorda lumi, e grazie sufficienti ad ognuno, senza dichiarare in che consistano queste grazie, ed à che siano sufficienti. Optare videtur, ut annuncietur populo, non esse illas verè sufficientes, atque ita vulgus evaderet Theologus Scholasticus, sed cujusmodi ipse est. Quo pacto amabo sacri Oratores dissuadent populo, nè grates persolvat Deo, aut majores ab ipso efflagiter gratias, quando docent, habere unumquemque nostrum gratias sufficientes ad eas petendas? Non vult igitur, prædicari populo: *Dio esset pronto ad accogliere chi à lui ricorre con verae penitimento; sed institui doverli chiedere la compunzione à Dio;* quasi quis possit ad ipsum recurrere cum vero animi dolore, quin hujusmodi contritionem obtinuerit; & quasi hæc peti possit sine gratiâ illâ sufficiente, quam ipse in eadem illâ paginâ impugnat. Responder huic, quod non probet, dici ad populum, quod Deus nos docuerit orationem tanquam medium quid impetrandi. Perchè eziandio parlando de' soli Cristiani, non basta l'aver insegnato esternamente un tal mezzo, quando internamente non c'infonda Spiritum clamantem Abba pater?

t. 2. qu.
109. a. 8.

II. p. III.
Prov. XVI.
In Pl. 39.
n. 7.
in Job. p.
677.
Serm. 252.
n. 6.

op. 192. a.
2. ad Rom.
I. I. n. 2.
Con. Geni.
I. 3. c. 159.
I. qu. 44.
a. 2.
in Hebr. 6.
12. lect. 2.

p. 105.

p. 107.

p. 109.

ter? Hic reprehendi videtur ille, qui docuit. Pergit, spiritum hunc non esse donato à tutti. Sanè qui hæc prædicaret præclare excitaret populum ad orationem. Concludit, non sufficere, quod sciamus, orationem esse medium aliquid impetrandi, quia scientia inflat. Quid dicam de eo, quod æquivocas, ac suspectas declarat illas Muratorii propositiones; che ad operar bene dee liberamente concorrere con la Divina grazia, anche l'umana volontà. Che resta all'uomo la facoltà di consentire, e di resistere. Secundum Anonymum hæc propositiones, & similes indicant Pelagianismum; at quis verus Catholicus mallet harum esse auctorior, quam accusationis. Hæc quippe sunt bellum illud fundamentum execrabilis huius epiphonematis: *In somme si esaminati tutto il metodo, che il Sgr. Muratori vorrebbe si praticasse ne' pulpiti, e Scorgevasi, che niente di più ei vorrebbe, che s'insegnasse a' Fedeli, se non quanto potesse giovare a' render tutti Pelagiani.*

ADVERTAMUS, quod deducatur demum hoc systema. Ad negandum contra scripturam, contra traditionem, & contra Concilium, quod perfert homini consentiendi, & dissentiendi facultas; ad negandum, quod ut boni quidquam fiat, debeat se ad gratiam voluntas adungere. Deducit ad generatim statuendum, che l'arbitrio non può impedire, che Dio non faccia de volentibus volentem; non può impedire, che tali ben da Dio non si producano in noi. Si gratia nobis aufert non modò dissensum, sed & potestatem dissentiendi; non solum impedimentum, sed & impediendi potestatem, ubi erit libertas? Aliud nimirum est actus primus, aliud secundus. Ut quid enim eos rogat, si gratiam sic receperunt, ut propriam perderent voluntatem? Et eodem libro: *Quis autem non videt, & venire quendam, & non venire arbitrio voluntatis? Quid juvat adungere, quod loquendo de bonis productis à tali gratia può resistere, in quanto che può distruggerle, aut excitando amorem contrarium, & ritrattando il consenso dato. Non resistit, qui admittit primum, & postea mutat mente renunciat. Hoc pacto nemo mortalium utitur flagitiosissimus repellit gratiam, imò non minus, quam ceteri viri sancti, eam recipit, at postmodum respuit, e ritratta il consenso dato. Non igitur omnes illi impli, qui ut notat Augustinus, prædicante Servatore gratiam repellabant, & non credebant, gratiam repellere; sed crediderunt, & postea datum consensum revocarunt; evadentes contenti cum exigua Divinae gratia paulò ante admittæ laude, infeliciores, quam fuerant ante.*

REPREHENDIT etiam hic sæpe gravi-

ter credentem, quod gratia sit entitas creata, in qua, inquit, si fa consistere da gli Scolastici. Loquitur eum prope in modum, ut videri possint hi viri gratiam habere pro tertiâ quâdam personâ quæ propriis agat viribus, exclusa Dei operatione. Scribit sanctissimè D. Thomas, Deum solum posse immutare voluntates, veramque actionum causam non posse esse vim externam, sed ipsam tantummodò voluntatem, sicut causam secundam, & Deum sicut causam primam. Et hinc deducere quis voler, non posse in nobis operari spiritua-lem illam qualitatem, quæ intus operatur, atque ad id muneris à Deo destinata est, eumque in finem condita? Voca eam qualitatem (S. Thomas: *Gratia est quædam qualitas*) voca entitatem, voca formam accidentalem, voca modificationem, venit certè à Deo, huius opus est, ab hoc eam vim habet, quam ei concedere ipse voler. Nonne ipse Deus est, qui hoc modo; & per hoc medium actus bonos producit? Cur amabo quis contender, hoc posito consequi, che Dio abbia bisogno d'entità creata? Quando per sanctas nos movet inspirationes, an dicemus aliâ ipsum re indigere, præterquam se ipso? Quando Sanctorum deprecatio thaumaturgas nobis gratias obtinet, an forsitan aliud quidquam est, quam Deus operans? Aut forte jacturam aliquam facit eâ in re Omnipotentia Divina, quia per tale nobis medium gratias largitur? Quantum porro attinet ad disputationes illas, si me ens, vel non sit, oporteret primum stabilire præcisam ac pressam entis notionem, & disquirere an ens appellandum sit omne illud, quod quodam modo est aliquid: Certum est existere variâ entia, indolisque atque essentia multum diversæ.

ADVERTUR Angelicus, ubi habet: *Non solum Divinam causalitatem ad potentiam voluntatis extendi, sed etiam ad actum ipsius; & quod Deus sit causa non solum voluntatis, sed etiam volendi.* Verum non advertitur explicatio, quam huic doctrinae vir sanctus adjungit. Creaturae nullam exere operationem possunt virtute propria, sed illâ solum, quam adeptæ à Deo fuere; unde acceptant non possunt, nisi per ipsius Dei virtutem. Atque inde est, quod, qui dat virtutem operandi verè sit causa prima, non illius duntaxat, sed & ipsius actus. Nulla res potest propria virtute agere, nisi agat in virtute ipsius: ergo homo non potest virtute voluntatis sibi datâ uti, nisi in quantum agit in virtute Dei. Illud autem in cuius virtute agens agit, est causa non solum virtutis, sed etiam actus. Citra omne itaque dubium prima bonorum actuum causa est Deus; at non ideo D. Thomas ipsum

C c c

De gr. &
lib. arb.
n. 12.

n. 25.

p. 102.

1. 2. q. 112.
a. 2.

Con. Gen.
1. 3. c. 89.

unquam vocavit causam immediatam; imo docuit semper illos ipsum producere, mediante gratia; docuit humanorum actuum non possumus ponere causam ipsum Deum immediatè.

Non inquiri hic in illas Anonymi assertiones, quæ mererentur censuram; neque modò id facere opus est, cujusmodi est v.g. cum dicit: quod in moribus concupiscentiæ indeliberatis la voluntà non determina se stessa, ma vien determinata altronde; quando in ipsis nullam planè partem habet voluntas, neque ad ipsos ullò modo determinatur.

In postremis paginis repetit, forsàn vigesima jam vice, suamque in pugnum cogit doctrinam. I Pelagiani consistit volevano la libertà nel poter fare, e non fare, eleggere, e non eleggere. Impingit pro more in limine; quia hoc ipsum est dogma Catholicum, siquidem libertas indifferentiæ consistit in potestate peccandi, & non peccandi. Et peccare, & non peccare potest. S. Augustinus. -- Ita tamen, quod in ejus potestate esset deficere vel non deficere. D. Thomas. Cardinalis Gotti: L'esser di libero essenzialmente importa facoltà di fare, e non fare. Calvinus ex adverso graviter credebatur errare Tridentinos Patres, quia per liberum arbitrium intelligunt eligendi facultatem, quæ sit in utramque partem libera. S. Hieronymus in Isaïam: Libera servat arbitrium in utramque partem, ut non ex præjudicio Dei, sed ex meritis singulorum vel pena, vel premium sit.

Op. imp.
l. i. c. 98.
in l. diff.
39. q. 2.
a. 2.

Antid. fess.
6. l. 1 p. 23.

STATUIT tanquam principium, libertatem consistere nell'esser immune da necessità naturale, ed antecedente. In Somma consiste in questo che la volontà possa amare, ed eleggere ciò, che non ama essenzialmente, e che ad una tal'elezione non sia invincibilmente determinata da alcuna cosa, avanti che la volontà stessa si determini: questa è la sola libertà, ch'è essenziale all'arbitrio. Omnia hæc aptissimè concinunt cum libertate Lutheri, Calvini, Baji, & Successorum, cum ad hanc sufficiat, ut quis operetur sponte, nullà sibi impressà vi. At libertas Catholica insuper requirit tanquam præcipuum suū constitutum, ut possit cum Divinà ope utrumque; sitque in suā potestate peccare, & non peccare, deficere vel non deficere, velle vel non velle hoc vel illud eligere; neque ullo modo simus obligati ad alteram partem contradictionis.

De creat.
q. 3. a. 7.
ad 12.

Dicit sæpiùs, che l'istesso libero consenso della volontà deve in noi prodursi da Dio; id quod verum est; sed oportet id sano sensu intelligere, neque ita simpliciter dicendum est, ut videamur asserere non operari voluntatem, nisi merè passivè. Cavendum est, nè quis hæc eam in partem accipiat, quam accepit Calvinus, quando dixit in

Antidoto: Obsequimur certè Deo volentes, sed voluntate, quam in nobis formavit: neque verò Paulus volendi facultatem nobis dari, sed velle ipsum in nobis effici prædicat, ut non aliunde, quàm à Deo sit assensus. Errori huic occurratur loquendo, ut fecit Bernardus: Non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere individuo peragunt. & Cap. 2. Consensus natus est voluntatis spontaneus. Et ut S. Augustinus: Audiamus & Evangelistam dicentem. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, nè omnino existimemus in nostrā potestate non esse, quod credimus. -- Nec adjuvari potest, nisi qui etiam aliquid sponte conatur. Qui enim adjuvatur etiam per se ipsum aliquid agit. -- Quod dono ipsius tu facis, ille facere dicitur, quia sine illo tu non faceres. Ergo Deus facere dicitur, cum tu facis. -- Gratia Dei etiam ad hoc adjuvatur homo, ut velit; quibus verbis exponit tō operatur in vobis & velle, & operari; & denuo exponit, ubi habet: Non quia nos non volumus, aut nos non agimus, sed quia sine ipsius adiutorio nec volumus aliquid boni, nec agimus. Et alio loco, ubi docet: Quia non præcedit voluntas bona vocationem, sed vocatio bona voluntatem. Propterea vocanti Deo rectè tribuitur, quod bene volumus. Oportet semper tenere memoriā: Nunquam legimus in scripturis sanctis: Non est voluntas nisi à Deo. Et rectè non scriptum est, quia verum non est: Alioquin etiam peccati, quod absit, auctor est Deus, si non est voluntas, nisi ab illo.

De gr. &
lib. arb. c.
ult.

In Jo. Tr.
53. n. 8.

De pecc.
mer. l. 2.
c. 5. in pt.
52. n. 5.

Ad Bonif.
l. 1. n. 36.
de gr. Car.
n. 26.

Ad Simpl.
l. 1. q. 2.

de Sp & lit.
n. 54.

PAGINA 109: Se lo Spirito Santo c'infonde il suo amore, e la fede, necessariamente bisogna, che la volontà ami, e creda. Nihilominus essa è libera, quantunque infallibilmente, Anzi necessariamente ami. Denique: quell'amore altro non è, che la determinazione istessa della volontà. Si amor, quem Spiritus S. nobis infundit, non est, nisi determinatio voluntatis, sique igitur talis determinatio infunditur voluntati, quis dicere poterit, quod se determinet liberè? Docuit Angelicus: Quod determinatio exeat in hunc actum, vel in illum, non est ab alio determinante; sed ab ipsa voluntate; & iterum: Non esset homo liberi arbitrii, nisi ad eam determinatio sui operis pertineret. Conatur adversarius communire se autoritate huius sancti Doctoris, qui probat planè contrarium. Si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est huic positioni, quod voluntas ad illud non moveatur. Querit S. Doctor: Utrum voluntas moveatur de necessitate à Deo, & docet, quod Deus reliquerit hominem in manu consilii sui; non ergo ex necessitate movet voluntatem ejus. Docet, cum voluntas sit principium activum non determinatum ad unum, illam ita moveri à Deo, ut non ex necessitate ad unum eandem deter-

Diff. 39.
q. 1. a. 1.

In 2. Sent.
diff. 28. q. 1.
a. 1.

minet. Videbis, an ex his rectè comprobetur, infundi determinationem, & amari necessariò. Tertia objectio ad probandam necessitatem, erat, impossibile esse, ut voluntas non velit hoc, ad quod Deus eam movet. Respondet Sanctus, si Deus eam movet ad aliquid hoc est ponendo, quod Deus eam moveat, hoc posito certè esse impossibile, ut non moveatur ad illud; non tamen hoc esse impossibile simpliciter; sed vi hypothese; ac proinde non sequi, quod moveatur ex necessitate. Dicendum, quod si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est huic positioni, quod voluntas ad illud non moveatur: non tamen est impossibile simpliciter; unde non sequitur, quod voluntas à Deo ex necessitate moveatur. Eminentissimus Gottius: *Ex efficacia antecedente voluntatis Divina solum infert D. Thomas necessitatem conditionalem, nempe, quod si Deus vult hoc esse, hoc erit.* Hæc autem necessitas hypothetica planè non officit libertati.

ABSOLVAMUS hoc caput, observando, quod, quando Author noster necessitatis vocabulo utitur, non utatur eo, uti adhibitum fuit Catholicè nimirum pro infallibilitate, sed pro verà necessitate, hoc est necessitate coactionis; quia hic dicit: *che infuso amore si ama infallibilmente, Anzi Necessariamente.* Multò plus itaque ipsi est rō necessariò, quam mera & simplex infallibilitas. Quàm optandum fuisset, ut diligenter studuisset intelligendis D. Thomæ!

a. q. 62. 1. 3. *Inclinatio gratiæ non imponit necessitatem, sed habens gratiam potest eam non uti, & peccare. -- Etiam si homo gratiam habuerit, nihilominus potest in contrarium actum transire.*

ins. dist. 25.
q. 1. a. 2.

Non paucis in locis hanc doctrinam solennibus ipse erroribus accenset. Quæ hæcenus dicta sunt, prorsus non adversantur illis, qui docent, non posse re ipsa resisti gratiæ efficaci, quandoquidem huiusmodi non est omnis gratia interior; non operari hominem cum sufficiente, quia id nostrā culpā accidit, à voluntate Divinā actum necessariò provenire; quia tamen Deus eum facit prodire secundum libertatis naturam; voluntatem physicè motam à Deo non posse non moveri, quia intelligunt, retentā semper potestatis indifferentiā, hoc est potestatem se non movendi in sensu diviso. Nil itaque profunt hæc omnia ad tutandas assertiones Anonymi, utpote adeò diversas, atque his oppositas, ut nullius Scholæ auctoritate obvolvi possint, & defendi.

CAPUT VIII.

Opiniones, & dicta Anonymi, quæ singularem animadversionem promerentur.

CLAUDAM disputationem hanc genere quodam epilogi, quem efficit col-

lectio complurium illarum assertionum, quæ mihi videntur præ ceteris suspectæ, quæque peculiarem proinde animadversionem meo iudicio merentur. Non equidem existimo esse omnes ejusdem gradus, aut eadem dignas notā. Sed ob unam vel aliam causam, unum item vel alium ob finem laudem relaturas non esse, nec admitendas. Si cui fortassis nonnullæ non displicerent, non sistant in illis solis; sed advertat, ad reprobandos duos istos libros nunquam fore necessarium, ut omnes ex æquo reprobentur. Advertat insuper, ad rem non facere, si illæ quæ non displicent, ipsi viderentur recipi posse se solis, atque reliquis avulsæ. Non sufficit, bonam in partem accipi propositionem posse, solitariè, atque extra hunc casum spectatam. Considerari eas oportet in illo libro, & sensu Authoris, qui resultat ex consensione doctrinæ, atque omnium inter se conjunctione, & nexu. Occurrunt sane nonnulla, in quibus vel subtilitas ingenii, vel vocabulorum varietas, vel interpretationum diversitas videantur quandoque rem totam vocare posse in dubium. Verum tunc oportet genuinum assertionum quarundam sensum eruere ex iis, quæ citra controversiam damnabiles sunt, & quibus cetera respondere necessum est. Liceat mihi referre hic dictum alicujus, qui scripsit historiam Concilii, confutatam postmodum à Pallavicino. *Per condannare un articolo basta abbia un senso falso, che possa indurre in errore gli incauti.* Advertamus præterea, non juvare ad excusandas perversas nonnullas propositiones, quod ostendatur interdum, in iisdem etiam libris videri contrarias reperiri. Nam contrariæ probæ erunt, & perversæ nihilominus tales manent, & rejiciuntur. P. Berti in systemate suo Augustiniano: *Quid ad me, si Jansenius sapuit aliquando? quid etiam si pugnancia conscripsit?*

JANSENIUS, ut confirmaret opinionem illius, qui ante se docuerat, arbitrium non esse nisi merum, ac inane nomen, statuit secum vulgare, gratiam aliud non esse, quam *delectationem indeliberatam*; sed, quæ sit insuperabilis, & sine quâ impossibile sit observare præcepta. Sectatores ejus statim ab ipso desciverunt ab hac gratiæ definitione, agnoscentes eam planè non posse defendi. Exiguam igitur hujus mentionem fecit Arnaldus; & Quesnellus, qui post Arnaldum agmini se Ducem præbuit, planè eam respuit, ita quidem, ut in omnibus suis libris eam nè nominaret quidem. Quid? quod docuit ex adverso, gratiam esse *operazione onnipotente, seu volontà onnipotente di Dio.* Ita eam quater definiit in libro, unde propositiones fuerunt excerptæ

tæ; & aliis tribus vicibus in eodem mentionem iniecit de *gratia omnipotentia*. Hoc nimirum pacto credebatur ipse vindicasse se atque in tuto collocasse gratiam omnipotentem, & insuperabilem cum omnibus, quæ inde fluunt, confectariis. Sed non advertit, se ita à re unâ progredi ad aliam, à gratiâ creatâ ad increatâ, ab illâ de quâ agitur, ad aliam, de quâ quando S. Augustinus, & omnes SS. Patres loquuntur de gratiâ, sermo non est. Non advertit iridem, si etiam acciperetur pro actione, quâ Deus nobis gratiam impertitur, tamen dici non oportere omnipotentem, insuperabilem, necessitantem; idque se falsò supposuisse; siquidem etiam habemus ex S. Thomâ, quod sit in potestate liberi arbitrii, impedire Divinæ gratiæ receptionem, vel non impedire. Videatur libri I. caput 9. Hinc est, quod Bulla *Unigenitus* omnes illas theses proscripserit, in quibus ita vel definita, vel nominata fuit gratia. Quemadmodum autem duorum istorum librorum scopus præcipuus est Bulla ista, ita omnes hic propositiones recenséo, in quibus definitiones proscriptæ repetuntur, laudantur, aut ponuntur tanquam authenticæ. Non enim alio eas modo potest intelligere Anonymus, quàm quo fuerunt intellectæ à Bullâ in sensu Authoris, cum fas non sit, alium excogitare sensum, ob quem non debuissent proferri.

NULLAM doctrinam, nullam propositionem, phrasin nullam catalogo huic inferre habui in animo, quæ à scholâ quâdam Catholicâ recipitur, atque admittitur. Quodsi interdum cuipiam primâ fronte videretur diversa indè deduci posse conclusio, supplex rogo, ut rei universæ compagem attentè consideret; videat item, quâ de re agatur in præsentem, & quæ hoc in opusculo scripserim. Circa efficacitatem gratiæ aliud hic non inserui, quàm assertionem illam, quod sine efficaci fieri nihil possit; id quod à nullâ unquam Scholâ Catholicâ dictum fuit. Inserui propositiones, quæ impugnant gratiam sufficientem, quandoquidem *Unanimitè Augustiniani, & Thomistæ fatentur*, quod hujus, & libertatis indifferentiæ inficiatio sint præcipuæ notæ & characteres *hæresis Jansenianæ*. Ita loquitur systema Augustinianum, videatur caput 5^{um} libri primi. Inserui itaque & illas, quæ impugnant libertatem indifferentiæ, hoc est facultatem ad opposita; & defendunt, non obstare necessitatem libertati, modò vis non inferatur; quia D. Thomas hujusmodi opinionem, quemadmodum dictum est, declaravit esse *hæreticam*. Nulla unquam Schola docuit non velle Deum voluntate antecedente Salutem omnium hominum; non largi-

ri omnibus aliquam gratiæ speciem; nec mortuum esse Salvatorem pro omnibus. Nulla unquam de arbitrio ita locuta est, ut redigatur in nihilum, neque ei concedatur facultas utendi gratiâ oblata, vel non utendi, vel ut debeat operari unâ cum adjutorio Divino. Nulla docet, unicum omnis actionis bonæ principium esse Caritatem; operationes omnes aut ab illâ provenire, aut à vitiosâ cupiditate; bonos habitus esse inutiles; non dissensisse à Catholicis Pelagium, nisi circa caritatem, & concessisse, quod Deus largiatur voluntari excitationes supernas; & det per interiori gratiam potestatem, & omne in nobis bonum operetur. Hæc autem opinioniones in propositionibus hic collectis continentur.

SUB finem adjungitur, quod quemadmodum Calvinus Sorbonam vocabat Pelagianam, ita Anonymus in Pelagianorum numero habeat, ac tales declaret non modò Historicum, & Muratorium, sed & Prædicatores; & Theologos omnes Scholasticos; quæ cerè verba multum sibi volunt. Notaturque, ubi eadem scommata egeruntur in historicum, quæ conjecta fuerunt in Patres Concilii Tridentini. In clausulâ, quam P. Beelli subjecit Bullæ S. Pii V. quâ 78 Baji propositiones damnavit, habetur, damnatas earum nonnullas fuisse *propter acervitatem, & audaciam, quâ Bajus suas propositiones adstruebat, & contrarias notabat*; ideòque erant scandalosæ, cum æquum non esset tolerari modum illum, quo scriptor ille *aliorum opiniones criminabatur*. In cap. 281 legitur proscripta fuisse una, *quia opposita sententiæ notam Pelagianæ hæresis inurebat*. En igitur nunc tibi propositiones, dignas examine.

1. Loquens de 11^{mâ} inter damnatas: *Non est improbanda illa assertio, si sincerè, prout sonat, adhibeatur*. I. p. 132.

2. De eadem: *Non hæc itaque Calviniana labe, & perfidia, sed sana doctrina, & Catholica veritas est, quam tuemur*. I. p. 98.

3. Loquens de eadem, & 19^a *che escluse le parole, non est aliud, la proposizione Sarebbe sanissima*. II. p. 51.

4. De decimâ: *La parola operatio può significare la volontà, o sia azione di Dio, nel qual senso la proposizione sarebbe un articolo di fede*. II. p. 51.

5. *Gratia consistit in ipsâ Dei operatione*. I. p. 70.

6. *La Grazia propriamente consiste nell'operazione, con cui Dio produce in noi quell'amore*. II. p. 10.

Con. Gen.
1. 2. c. 159.

7. Che se l'istorico avesse parlato così: Non si può dire, che la Grazia sia l'altro, che la volontà di Dio, e l'operazione della di lui Onnipotente mano, avrebbe detto bene. II. p. 77.
8. Che la Grazia in questo senso è irresistibile, inimpedibile, Onnipotente. I. p. 84. II. p. 43. p. 54. p. 75. p. 78.
9. *Actio*, seu voluntati Divinae, quā Deus in nobis fidem, amorem suū, ceterasque virtutes infundit, voluntas nostra resistere nequit. I. p. 28.
10. Che la Grazia sia volontà di Dio Onnipotente. II. p. 77.
11. *Actio* Dei Deus ipse est, proindeque huic *actio* creatura resistere nequit. I. p. 28.
12. *Actio*ni, seu voluntati, quā Deus amorem suum inspirat, voluntatem resistere, posse, impium est cogitare. I. p. 156.
13. L'operazione di Dio è onnipotente, ed inimpedibile, come che è Dio stesso. II. p. 70.
14. Vocat rem paradoxam, credere, quod Gratia sit distincta da Dio, che la dà, e dalla volontà, che la riceve. II. p. 23.
15. Negando che la Grazia sia Dio, e sia la volontà, sarà un blictri. II. p. 47.
16. Quella grazia, ch'è volontà onnipotente non vien data, mentre essa è Dio stesso. — La di lei Onnipotente Irresistibilità non pregiudica all'arbitrio creato. II. p. 73.
17. L'operazione del dar la Grazia non è più distinta da Dio, di quel che siano le persone del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo. II. p. 53.
18. Gratia est actio, quā Deus fidem, reliquasque virtutes infundit. I. p. 24.
19. Quod Tridentini Patres per verba illa: Per voluntariam susceptionem gratiae expresserint, quod posita sit in inspiratione vitae Spirituales, atque in illa actione, quā ingerit virtutes. I. p. 40.
20. Quod iidem per verba illa: Quippe qui illam et abicere potest, vollero dire, che la volontà di Dio opera con Onnipotenza. II. pag. 68.
21. Che la grazia è necessitante; intendendo per Grazia il bene in noi prodotto dalla Divina azione, anche in questo modo è necessitante con necessità ipotetica, mentre supposto, che la volontà ami, e creda, è necessario, che ami, e creda. II. p. 29.
22. Allorchè Dio infonde il suo amore alla volontà, essa è libera, quantunque irresistibile.
23. Quomodo dicente Deo, Fiat Caelum, factum est Caelum, ita dicente ipso: Fiat amor in voluntate, et à voluntate, fit amor in voluntate. I. p. 95.
24. Approbat, & confirmat secundam Quesnelli: Sine gratiā efficace non solum nihil fit, sed nec fieri potest. I. p. 27. II. p. 55.
25. Quod haec propositio contineat articulum fidei, si Quesnellus intelligat de operatione, vel voluntate Dei. I. p. 153.
26. Affirmat compertum se non habere, gratiae sufficientis dogma ad fidem pertinere. I. p. 102.
27. De iis, qui fide caruerunt, & perseverantiā finali dici non poterit, eos sufficiente gratiā ad salutem consequendam instructos fuisse. I. p. 99.
28. Quod scholastici cujusvis scholae, cum ajunt propositiones Quesnelli proscriptas ideo esse, quia non admittit gratiam sufficientem, ipsi laudis praebere materiam, & suppeditare imprudenter arma, quibus se tueatur. Quo nomine horosifice compellatur Quesnellus, et quibus se protegat armis, per nostrorum hominum imprudentiam instruitur. I. p. 102.
29. Non vuol si predichi, come pur troppo generalmente si fa, che Dio accorda lumi, e grazie sufficienti ad ognuno. Paulò post: Se tutti abbiamo grazie sufficienti, cioè che bastano, non abbiamo bisogno di chieder altro. II. p. 105.
30. Che la grazia necessaria per poter osservare la Divina legge, S. Agostino negò esser commune à tutti. II. p. 42.
31. Non probat morem praedicandi, Dio esser pronto ad accogliere, chiunque ricorre à lui con verace pentimento perchè altretanto si predicava anche da Pelagio. II. p. 105.
32. Quod non sufficiat dicere populo, docuisse nos Deum medium orationis, quia hoc nil profit, se non c'infonde internamente lo Spirito; e che questo non è donato à tutti. II. p. 107.
33. Sensu, quo communiter loquimur, Deum non omnium hominum salutem velle. I. p. 83.
34. In illud: Illuminat omnem hominem, ait, lucem pertingere ad eos, quos illuminare vult; non ad eos, quos justo judicio suo Deus excacare decrevit. I. p. 64. II. p. 26.

35. Quod error Semipelagianus sit, dicere, che Dio esigge da noi opere buone pronto ad accitarci, acciocchè le facciamo. II. p. 111.

36. De pretio soluto in redemptione ait, sufficientissimum fuisse à liberar tutti quelli, che ne accettano l'offerta. II. p. 106.

37. Afferit, verba illa Augustini: *Illis jam petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat injuriam. Non enim attendebat, quod ab ipsis moriebatur, sed quod pro illis moriebatur, innuant, orationem Christi non pro omnibus, non pro alienis, sed pro suis fuisse.* I. p. 71. II. p. 32.

38. Contendit S. Prosperum non censuisse, quod Christus sit mortuus pro omnibus, eamque affirmat esse opinionem Semipelagianam. Qualora il Santo avesse creduto, che il Salvatore fosse morto per tutti, come pretendevasi da Semipelagiani. II. p. 64.

39. Definit arbitrium humanæ mentis facultatem, seu vim, quâ ea eligit, quæ non eligere potest. I. p. 136.

40. In alio loco: Che consiste in questo, che la volontà possa amare, ed eleggere ciò, che non ama essenzialmente, e che non ci sia invincibilmente determinata. II. p. 109.

41. Libertatem ad quam requirimus di poter l'uno, e l'altro de' due contrari, qual vien detta libertà d'indifferenza, affirmat esser appunto quella libertà, che voleano Pelagio, e Giuliano. II. p. 61.

42. J. Pelagiani sopra di null' altro più insistevano, che di salvare la libertà d'indifferenza. II. p. 60.

43. Quod sit error Pelagianus, dicere, che la libertà consiste nel poter fare, e non fare, volere, e non volere, nel poter consentire, o non acconsentire. II. p. 94. p. 100. p. 108. p. 111.

44. Si Deus sui amorem producit in nobis, videri potest mutare, imò ruere illud, quod ipse tuetur, dogma de libertate, & indifferentia. I. p. 21.

45. Augustini verbis excludi libertatem illam indifferentiæ, quam Historicus arbitrio essentialtem esse, verbis suis judicare videtur. I. p. 137.

46. Ubi Spiritus Sanctus caritatem infundit, nequit non inesse voluntati amor Dei -- Mibi nunc declaret velim Eques Theologus, qui componi valeat illa suæ indifferentiæ libertas ... cum hac infallibilitate amoris Dei. I. p. 131.

47. Si Deus in me producit amorem sui,

jam non voluntas eum mea producit; sed nec prohibere potest, quod eundem producat Deus: præterea producto in me Dei amore, quæ mea erit indifferentia ad amandum, & non amandum? I. p. 21.

48. Damnat tanquam errorem Historici, credere in ejus voluntatis potestate esse, eâ gratiâ uti, aut illam rejicere. I. p. 56.

49. Reprobat eos, qui dicunt, che debba col Divino ajuto operar liberamente l'uomo ancora, perchè l'illuminazione, e l'eccitamento della grazia abbia effetto. II. p. 76.

50. Quod possint Pelagianismum instillare hæ locutiones: Che ad operar bene dee liberamente concorrere colla Divina grazia l'umana volontà; e che resta nell'uomo la facoltà di consentire, e resistere. II. p. 107.

51. De dicto hoc: Si richiede prima la Divina grazia, e poi anche l'opera nostra ci vuole, hoc fert judicium: Pelagianum aliquem ita loquentem audire mihi videor. I. p. 61.

52. La Carità, che ci giustifica, la quale Dio operatur in nobis sine nobis. II. p. 25.

53. Perseverantia finalis est donum, quod confertur nullâ habitâ præcedentium meritorum ratione. I. p. 83.

54. Condemnat principium illud: Che Dio hà dato il libero arbitrio all'uomo per determinare se stesso à volere, e à non volere, & ait, che altrettanto s'inculcava da Pelagiani. II. p. 103.

55. Reprobat hanc locutionem: Che ad operar bene dee liberamente concorrere con la Divina Grazia anche l'umana volontà. II. pag. 108.

56. Declarat relata in Historia Augustini dicta pag. 20. orthodoxa non esse, nisi adjiciantur quædam, quibus textum ille emollet. -- Omnes homines possunt, si velint, quia illud lumen omnem hominem illuminat venientem in hunc mundum. Ut venient vocati, erat in liberâ voluntate. I. p. 68. p. 69.

57. Omnium rationalium operationum principium nihil aliud esse quam amorem. I. p. 87. II. p. 63.

58. Profitetur, Caritatem cujusunque bonæ nostræ operationis initium esse. I. p. 19. p. 30. p. 36. II. p. 63.

59. Amorem Dei, quem ex libero arbitrio oriri, atque aliarum actionum omnium, quæ ad salutem pertinent, initium utrique esse sentiebant. I. p. 17. II. p. 67.

60. Si Deus in me producit amorem suū, quod sint iis per similes, quibus Catholicis imponere tentabat Pelagius. I. p. 25.

61. Refert tutte le azioni alla carne, e allo Spirito, hoc est ad Caritatem, & Cupiditatem. II. p. 64.

62. Condemnat tanquam commentum scholæ, che si dia amore attuale, ed abituale. II. p. 97. I. p. 47.

63. Ridet habitus tanquam entità, e qualità oziose. II. p. 97.

64. Amorem nunquam inertem esse, nunquam seivari. I. p. 45.

65. Affirmat consensisse Pelagianos, provenire nobis à Deo rivelazioni interne, ed eccitamenti alla volontà; & solum negabant, che dovesse riporsi tra' doni gratuiti la carità. II. p. 57.

66. Affirmat admisisse Pelagium non solamente il dono del credere, mà di quanto possiam mai fare, e pensar di bene, esser opera di Dio. I. p. 42.

67. Affirmat confessum fuisse Pelagium quella grazia preveniente, la quale eccita, e dà il potere. I. p. 27.

68. Affirmat, potuisse ipsum secundum sua principia concedere, non posse velle & operari hominem opus bonum senza la Grazia preveniente, e concomitante. II. p. 27.

69. Affirmat totam cum Pelagianis controversiam fuisse circa caritatem; & hoc unico articulo comprehensam. I. p. 17. II. p. 62. pag. 95.

70. De propositionibus historiarum: Dio dà il volere e l'operare: è Dio, che il volere e l'operare opera in noi, & similibus affirmat,

71. Quoniam Historicus retulerat duas sententias Augustini notissimas, & sanctas, profiteretur, che si è maggiormente ingolfato nel Pelagianismo. II. p. 19.

72. Historia Theologica per fas & nefas ha fissato di persuadere, che Dio non operatur velle, e non agisce nella volontà, se non con una grazia, la quale dat tantum posse. II. p. 21.

73. Nella storia si spacciano per regola di fede, e di Cattolica dottrina opinioni, le quali, benchè in questi ultimi secoli mascherate con nuove invenzioni di vocaboli ambigui, non sarebbero spiaccute a più perfidi Pelagiani, e Semipelagiani.

74. Sæpe in his libellis reperitur, che l'Historico è più che Pelagiano; che ha intelligenza, e lega non gli Arminiani; che è malamente tinto della medesima pece, che vomita iniquità, che vomita spropositi, che è impastato di calunnie, d'imposture, di villanie. Qui verba contumeliosa, & injuriosa inde tolleret, multò eos redderet breviores.

75. Cl. Muratorius si unisce al sentimento de' Pelagiani, e Semipelagiani. II. p. 91.

76. In somma si esami ni tutto il metodo, che il Signor Muratori vorrebbe si praticasse ne' pulpiti, e scorgerassi, che niente di più ei vorrebbe, s'insegnasse a' fedeli, se non quanto potesse giovare a' render tutti Pelagiani.

77. Quod Theologi scholastici nec apud Catholicos, nec apud Protestantos Pelagianismi notam effugere potuerint. I. p. 92.

78. Quod iidem vim inferant Patribus, eoque ad somnia, & nugas suas fulciendas invitos, & reluctantes trahant. I. p. 125.

F I N I S.



